

1239.

1202,

agosto 2.

Rafart de s. Oliva da a Santa María de Oliva el diezma del alodio que fué de P. Durán y otros legados de su padre.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 500; *Notes*, vi, 103 (n.º .MLXXXIII).
A. C. A., Cart., f. 106v, n.º 363.

Sit notum cunctis, quod ego Rafardus de s. Oliva, pro animo et bona voluntate, pro redemptione anime mee et patris et matris mee et omnium parentorum meorum et omnium fidelium defunctorum dono Domino Deo et ecclesie s. Marie de Olive qua detenta est et propria cenobii s. Cucufatis et omnibus habitantibus predictae ecclesie omne donum quod pater meus et mater mea dederunt ibi predictae ecclesie et decima de ipso alaudio quem fuit de Petro Duran et de Venrel qui nunc est et erit predictae ecclesie et est iuxta torrente et super torrentem cum terminis et affrontacionibus et pertinenciis suis, et ipsum feragenale qui resonat in ipsa carta doni patris et matris mee qui affrontat: ab oriente in honore de Clera, a meridie in honore de Petro de Rabassa, ab occiduo et circio similiter, ab aquilone in via. Hec omnia predicta cum sua decima dono predictae ecclesie s. Marie et monachis ibi. servientibus et habitantibus suis et de meo iure in suo predictae ecclesie, et habitatorum suorum semper trado dominio et potestate ad suas suorum voluntates faciendas cum ingressibus et regressibus sine omni meorumque retentu, et recepti propter hoc predictum domum x solidos denariorum et bonam et veram spem remedii {Dei} quam spero in futuro seculo et convenio per me et per omnes meos ut sim adiutor et defensor de omni predicto dono predictae ecclesie et suis habitantibus contra cunctos homines vel feminas omni tempore.

Actum est hoc iiii.º nonas augusti, a.º Domini MCCII.º

S + m Rafardi de s. Oliva, qui hoc laudo et firmo testesque firmare rogo; S + m Gerdaldi Ballester; S + m Iohannis Iover; S + m Berengarii Isardi; S + m Petri Sutoris.

S + m PETRI, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1240.

1202, septiembre 30.

Berenguer de Palaudaries y su esposa ofrecen a su hijo como monje junto con unas haciendas.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 104 (n.º mlxxxiv).
A. C. A., Cart., f. 371, n.º 1075.

Cunctis sit manifestum quod ego Berengarius de Palaudariis et uxor mea Maria, damus et offerimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis filium nostrum, nomine Guillelmum, ad faciendum monachum, cum manso de Qosquoiola, quem tenemus per s. Cucuphatem, cuin omnibus pertinenciis suis et tenedonibus, et cum alaudio de Caforneles et de Guadamira que Bernardus de Quoscoiola et uxor sua dederunt Petrc, ilio nostro, cum terminis et afron-tacionibus suis, et cum manso nostro quem habemus in Palacio de Tordera. cum terminis et affrontacionibus suis, et cum onnibus usaticis suis. Predictus

honorem damus et solvimus et reddimus predicto monasterio quicquid ibi habemus vel habere habemus sive per s. Cucuphatem sive per alaudium sive per quascumque voces. Hec omnia sunt in comitatu Barchinone, in parrochia s. Stephani de Palaudariis et s. Marie de Palacio de Vitamenia et de Pligamans. Predicta vero omnia damus vobis, cum ingressibus et exitibus suis, et cum omnibus que ibi habemus vel habere debemus, preter locidum quod retinemus nobis et nostris.

Actum est hoc ii.º kal. octobris, a.º Domini MCCII.º

S + m Berengarii de Palaudariis, qui hoc firmo firmarique rogo; S + m Marie, uxoris eius; S + m Arnalli de Palaudariis; S + m Petri de Castlari; S + m Arnalli de s. Perpetua; S + m Raimundi de Pligamanibus; S + m Petri de Palaudariis, filii Berengarii; S + m Arnalli, presbiter de s. Perpetua; S + m Guillelmi de Plicamas.

Raimundus, levita, qui hoc scripsit...

1241.

1202, octubre 2.

Testamento de Arberto de Apierola.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 104-5 (n.º MLXXXV).

A. C. A., Cart., f. 237 v, n.º 744.

In Christi nomine. Ego Arbertus de Apierola iaceo in egritudine et in pleno sensu et memoria facio meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet Guillelmum de s. Iusto et Bernardum, fratrem eius, et Bernardum de Olorda, quibus precepit quod si me mori contigerit antequam aliud testamentum faciam, ita distribuant res meas et honorem. Primum dimitto Deo et monasterio s. Cucuphati meum corpus ad sepeliendum, cum quartem partem de ipso meo manso de Olivariis, sicuti ei dedi in conveniencia, et solvo predicto s. Cucuphato ipsam domum de Galifa, quam ego tenebam per eum, et rogo domnum meum abbatem et cunctum eius conventum, ut meis manumissoribus dimittant levare sive accipere omnia expleta predictae tocius honoris de Galifa usque primum venturum festum s. Michaelis, ut ipsi persolvat mea debita pro Dei amore, si eis placet et postea sit soluta et libera procul dubio. Item dimitto s. Cucuphato meas armas, dimitto sedi Barch. x solidos, et s. Iohanni de Pinu v solidos, et s. Marie de Valledonzela xx solidos, et s. Cruci de Olorda v solidos, et infirmis, v solidos, et s. Sepulcro v solidos, et s. Marciali x solidos, et clerico de Vite v solidos, et s. Petro de Rivobirlarum iiiii solidos, et s. Salvatori xii d. de Vite. Et istas lexas exeant de meo equo, scilicet de precio. Dimitto Hospitali s. Valentini c solidos, similiter exeant de precio predicti mei equi, et concedo Raimundo de Noguera, capellano meo, omnia mea vestimenta, et mando ut cunctum debitum unde Arnaldum de Roure es tengud per me quod sia persolutus de XL solidos et de blat quod ipse iam secum tenet et de albers quos modo sunt in mea albareda. Et dimitto Bernardo Faber de molendinis ipsam petiam terre qua per me tenet, ut habeat eam per medium omni tempore; et sit persolutus de debito quod ei debebam. Et mando meis manumissoribus ut persolvant flecarie de Barch. xc solidos de primis expletis venientibus et

persolvant alia mea debita de meis rebus, sicut invenerint in meis exitibus et expletis; et dimito uxori mee Guillelme atque laudo ipsam pigneram quam habet in castro de Apierola de M solidis, et mei manumissores redimant et ipsam pigneram quam ibi est de ccc solidos de precio mei equi. Et item concedo uxori mee Guillelme medietatem de expletis quos modo sunt in omni meo honore extra honorem meam de Lubricato et c quarteras ordeï quas ei donet filius meus Arbertus in fevo de Fonte Rubea in primis venturis messis. Et si aliquis ex meis infantibus redimere voluerit ipsum castrum de Apierola uxor mea Guillelma deliberet illum castrum iam dictum cum M solidis. Et dimito filio meo Arberto atque comando filiam meam Elicsendam, ut ipse maritet eam cum M solidis quos Bernardus de s. Iusto iam dicte Elicsendi dederit ad istum Natalem Domini venientem propter ipsam meam fexam terre de Vilela, quam teneat et habeat omni tempore pro alodium franchum post obitum meum scilicet Bernardus de s. Iusto et sui et dictus filius Arbertus donet dicte filie mee alios M solidos et vestimenta nuptialia ad diem nupciarum; et nisi hoc fecerit dicta filia mea habeat totum hoc in castro de Apierola et in suis terminis, scilicet in cunctis meis exitibus quas ego habeo vel habere debeo per omnia loca, salva tamen pignera uxoris mee Guillelme. Item dimito filio meo Arberto meum castrum de Apierola, sicut ego melius habeo et habere debeo, cum suis terminis, salva pignera uxoris mee Guillelme et filie mee Eliesendis, sicut supra scriptum est. Item concedo filio meo Arberto meum castrum de Tenazola et meos fevas de Fonterubea, et domum meam de Benaies, cum omnibus pertinentiis, que castro et domni pertineret vel pertinere debet cum hominibus et militibus. Et item concedo Arberto, filio meo, ipsum molendinum que ego teneo in pigneram de Bernardo de Bello loco per c morabetinos de quibus mando, ut sint dimissi xxx morabetinos ad diem redimendi et dum filius meus Arbertus tenuerit predictum molendinum Pedrixol persolvat se de ipso debito quod ei debeo de expletis ipsius molendini; et si forte molendinus dictus fuerit redentus antequam Pedrixol sit persolutus, fuisset paccatus de ipsis morabetinis. Dimito Petro de Olorda ipsum fevum de Arapruiã, quem tenere debeo per Bernardum de s. Oliva. Concedo filio meo Guillelmo totum meum honorem, fevos et alodia quantas habeo et habere debeo in territorio de Lupricato, de Martorello inferius, extra hoc quod solvi et dedi s. Cucuphato et extra hoc dedi Bernardo Faber pro debito quod, ei debebam et extra ipsum campum de Vilela, quem dedi Bernardo de s. Iusto unde accepi de eo M solidos et extra fevum quem dedi Petro de Olorda et ipsam hereditas quam dedi Guillelmo, filio meo, teneat eam per Arbertum, fratrem suum, et sit suus homo sine servicio quod ei non faciat per predictum honorem et mando Guillelmo, filio meo, ut se teneat cum Arberto, fratre suo, contra cunctos homines et feminas sine toto retentu et nisi hoc fecerit, perdidisset omnem suam hereditatem et revertisset Arberto, domno suo et fratri; et si Guillelmus iam dictus voluerit vendere vel inpignerare de prefato honore pro melioracione illius honoris dictus Arbertus non potuisset ei vedare nec contradicere per nullam rationem nec per nullum vinculum. Et si Arbertus filius meus obierit sine infante legitimo, revertisset castrum de Apierola Guillelmo, fratri suo; et si Guillelmus obierit sine infante legitimo, cunctam suam hereditatem revertisset Arberto, fratri suo, et si ambo obierint sine legitimo infarite, castrum de Apierola revertisset Elicsendi, sorori eorum. Et omnis honor, quod Guillelmus,

filius meus habet in Lupricato, revertisset Guillelmo de s. Iusto et fratri suo Bernardo atque Petro de Olorda et habuissent comuniter; et si Elicsendis obierit sine legitimo infante, castrum de Apierola revertisset Arnaldo de Soler et Bernardo de Albareda; et si ipsi obierint sine legitimo infante, dictum castrum de Apierola revertisset meis proximis, et si Arnaldus de Soler obierit sine infante legitimo, dimitto omnem suum honorem integriter et revertisset filiis meis Arberto et Guillelmo comuniter, sicut Petrus de Soler et Arnaldus, frater eius mi[h]i dederunt; et si filii mei Arbertus et Guillelmus obierint sine legitimo infante, revertisset Guillelmo de s. Iusto et Bernardo, fratri suo; et si filia mea Elicsendis obierit antequam maritata fuisset, illos M solidos et vestimenta quos Arbertus frater eius debebat ei dare, sint sui, scilicet Arberti; et illos alios M solidos quos filia mea habuit de Bernardo de s. Iusto sint de Arberto et de Guillelmo, filiis meis comuniter. Et ego Arbertus de Apierola dimitto meos infantes et honorem meam in guarda et in defensione mei amici Guillelmi de Cervilione. Nullus hoc disrumpat.

Actum est hoc vi.º nonas octobris, a.º Domini MCCII.º

S+m Arberti de Apierola; S+m Arberti, iunioris; S + m Guillelmi; S + m Elicsendis, filiorum Arberti, qui hoc laudamns...; S.+m Guillelmi de s. Iusto; S + m Bernardi, fratris eius; S + m Bernardi de Olorda; S + m Guillelmi de Cervilione; S + m Arnalli, clerici.

S + m Arnaldi, presbiteri, qui hoc scripsit...

1242.

1202, octubre 29.

Pedro de Bañeras define al Monasterio el castillo de Tomalbui.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 498-9; *Notes*, vi, 105 (n.º MLXXXVI).

A. C. A., Cart., f. 104v, n.º 355.

Notum sit cunctis qualiter ego Petrus de Bagnariis et filius meus Geraldus Petri, per nos et per omnes nostros qui sunt vel erunt, solvimus et reddimus, difinimus et evacuamus, vendimus et tradimus Domino Deo et s. Cucuphatis Vallensis cenobio, et vobis, domno Guillelmo, abbati, et omni conventui et ibi Deo servientibus in perpetuum, kastrum scilicet de Tornalbui cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus et terminis et affrontacionibus quas habet et habere debet vel ad ipsum castrum prtinent sicuti est terminatum et fixuratum in comitatu Barchinone, in ipsa marcha et planicie que dicitur Tomalbui, simul cum ipsa quadra cum turre que dicitur de Albornar, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus et terminis et affrontacionibus quas habet et habere debet, vel ad ipsam quadram pertinent, simul cum ipso margo cum omnibus suis pertinenciis quem habemus in Alastro in terminio castri Albiniane quem tenet Iohannes de s. Maria. Predictum vero castrum de Tomalbui, simul cum ipsa quadra et turre de! Albornar, et mansum de Alastre, que oninia sunt alaudium s. Cucuphatis, cum ingressibus et egressibus, cum vieductibus et reatactibus, cum pascuis, prattris, rivis, aquis et garricis, cum militibus et homiibus, cum omnibus in se habentibus, de nostro iure in ius et dominium predicti cenobii et vestrum vestrorumque successorum cum presenti cartula tra-

dimus, ad faciendum inde quicquid volueritis ut melius dici vel intelligi potest, ad salvamentum cenobii s. Cucuphatis et vestrum vestrorumque successorum, et ad habendum et possidendum... Accipimus[1]a vobis pro hac venditione et difinitione de bonis domus s. Cucuphatis ccc moabetinos bonos sine engan et DC solidos denariorum Barchinone valentium argenti marchas XLIIII solidos; et ut recipiatis filium meum, Bernardum, in monachum, et si obierit ipse infra quinquenium, unum ex parentibus nostris loco ipsius in monachum recipiatis, de quo precio apud vos nichil remanet in debito, sed manibus nostris totum recipimus. Si quis hoc...

Quod est actum iiii.º kal. nov., a.º Domini MCCII.º

S + m Petri de Bagnariis; S + m Geraldii Petri; S + m Saure; S + m Berengarie, filii et filiarum mearum...; S + m Petri, filii mei et Ermesendis de Puyol; S + m Guillelmi Bernardi de Papiolo; S + m Guillelmi de Bagnariis; S + m Arsendis, uxoris eius; S + m Geraldii, filii eorum; S + m Bernardi de Buxo, vicarii domini regis; S + m Guillelmi Pelliparii de Villa Franca; S + m Bernardi de Monte Ergul; S + m Perdicari de Villa Franca; S + m Bernardi de Valdaureix.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1. *Sobre accepimus.*

1243.

1203, febrero 22.

El Rey exime de toda carga a los hombres de San Cugat que moran en el castillo de "Fonte Rubeo".

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 102 (n.º MLXXXI).

A. C. A., Cart., f. 164, n.º 474.

Manifestum sit cunctis, quod ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinone, statuo et firmiter mando quod homines s. Cucufati habitantes infra terminum castri de Fonte Rubeo nichil dare aut mittere teneantur ullo tempore in illis centum quartariis frumenti quas homines mei eiusdem castri de Fonte Rubeo mihi annuatim dare tenentur, ultra solita servicia; licet etenim iam dicti homines s. Cucufati partem suam miserint in illis duobus mille solid. qui dati sunt michi ab hominibus meis memorati castri, volo atque firmiter mando quod aliqua nova consuetudo super ipsis nullo tempore inducatur, sed ab omni nova consuetudine perpetuo sint liberi et immunes.

Data Barchinone viii.º kal. marci, per manum Iohannis de Berix, domini regis notarii, et mandato eius scripta a Petro scriplore, sub a.º Domini MCC.º secundo.

S.+m Petri, regis Aragonuni et comitis Barchinone.

1244.

1203, junio 2.

Pedro de Canals ofrece al Monasterio el alodio que posee en Vallseca.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 327; *Notes*, vi, 105-6 (n.º MLXXXVII).
A. C. A., *Cart.*, f. 49, n.º 168.

Notum sit cunctis qualiter ego Petrus de Canals, et uxor mea Sibilía, et mater mea Marchesa, damus et offerimus ac vendimus Deo et s. Cucuphatis cenobio et vobis, domno Guillelmo, abbati et omni conventui, illud scilicet alodium nostrum quod habemus in comitatu Barchinone, in terminio s. Cucuphatis et in parrochia s. Petri Octaviani, in loco qui dicitur Vallis Sica. Et sicut ibi est terminatum, et vobis assignatum cultum et eremum cum arboribus et cum omnibus in se habentibus, et cum omni iure quod ibi habemus et habere debemus, ita integriter cum presenti cartula, de nostro iure in ius et dominium prefati cenobii et vestrum tradimus, sicut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem s. Cucuphatis et eius servientium, et ad faciendum inde... Accipimus autem a vobis propter hoc de bonis s. Cucuphatis XL solidos denariorum Barchinone. Si quis hoc...

Quod est actum iiii.º nonas iunii, a.º Domini MCCIII.º

S + m Petri de Canals; S + m Sebillie, uxoris mee; S + m Marchese, matris mee, qui...; S + m Bernardi de Rivo Rubeo; S + m Raimundi Bovie; S + m Bernardi de Valdaurex; S + m Petri Umberti; S + m Raimundi Cellararji, huius rei testium.

PETRUS, sacerdos, qui hoc scripsit...

1245.

1203, septiembre 18.

Romeo de Sarriá ofrece al Monasterio la mitad del alodio que posee en Sarriá.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 106 (n.º MLXXXVIII). — SAGARRA, *San Vicente*, 69.
A. C. A., *Cart.*, f. 287, n.º 887.

Notum sit cunctis quod ego Rumeus de Serriano, ob remedium animarum mei et Guillelme, uxoris mee, que fuit, et parentorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum, offero, dono et in presenti trado Deo et cenobio s. Cucuphatis Vallensis meam medietatem quam, voce genitorum meorum et empcionis mee, habeo per meum proprium alodium in ipsis domibus cum solis et suprapositis, hostiis ianuis et introitibus atque exitibus suis que sunt in villa

de Serriano. Et terminatur: ab oriente in tenedone Petri Ferrarii, a meridie et ab occiduo in alodio canonice, a circi in carrera. Sic prenominatam meam medietatem dictarum domorum, cum parietibus et introitibus atque exitibus, quorum domorum altera medietas est eiusdem cenobii, offero, dono et in presenti trado Deo et iam dicto cenobio s. Cucuphatis et suis monachis presentibus atque futuris, et ut melius dici... Si quis hoc...

Actum est hoc xiiii.º kal. oct., a.º Domini MCCIII.º

S + m Rumei de Serriano, qui hoc laudo et firmo; S + m Guillelmi Roncierii; S + m Raimundi de Turri; S + m Ferrari Canonice.

S + m Arnaldi de Serriano, scriptoris, qui hoc scripsit...

1246.

1203,

octubre 10.

El veguer resuelve la vertencia, que había entre el Monasterio y B. de Castellvell.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 106-7 (n.º MLXXXIX).
A. C. A., Cart., f. 257, n.º 790.

Ego Bernardus Simeonis, Barch. vicarius, cognitor cause que vertitur inter domum s. Cucuphatis et Berengarium de Castrovetulo, super proprietate mansi de Regerio et omni sui pertinencium in parrochia s. Baudilli, cuius possessio-nem et censum, scilicet unius paris caponum et unius quartere frumenti dicta domus, sub iudicio meo, olim consecuta fuerat. Auditis hinc inde allegacionibus et confessionibus receptis testibus, ex parte dicte domus, viso testamento Berengarii de Barchinona. per cuius laxacioneni in eo testamento peractam dictus Berengarius de Castrovetulo proprietatem petebat iam dictam, at aliis cartis ab utraque parte prolatis, visis perscrutatis et cognitis. assidente mihi Petro, Ausone sacrista, iure assignamus predicto cenobio s. Cucuphatis iam dictam proprietatem in perpetuum, stante tamen iuri conventu dicti cenobii de querela quam Guillelma, uxor Berengarii Bovis, qd. filia Berengarii de Barchinona vel homo pro ea predicto manso fecerit.

Actum est hoc vi.º idus october, a.º MCCIII.º

S+m Bernardi Simeonis, vicarii; Ss. Petrus, Ausonensis sacrista et iudex.
S+m Arnaldi de Serriano, scriptoris, qui hoc scripsit...

1247.

1203, octubre 31.

Gerardo Soler se ofrece al Monasterio como monje con sus posesiones.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 107 (n.º MXC). — HInojoSA, *Bl régimen*, 178, nota i.
A. C. A., Cart., f. 330, n.º 979.

Notum sit cunctis presentibus et futuris quem ego Geraldus de Solario dono et offero Deo et cenobio s. Cucupbatis me ipsum ad faciendum monachum cum meo alodio quod habeo in comitatu Barchinone, in parrochia s. Christofori de Falgars, in diversis locis, videlicet mansum de Toalium exiit mihi iiii solidos et medium per censum et terciam partem unius quarterie de cibaria. Et homo ipsius mansi facit censum alterius mansi ad valorem dicti mansi inter se et suum heredem in quo habeo terciam parlem. Item habeo terciam partem in alio manso qui est in dicto loco campo de Toal. Item Bernardus de Crosa habet per me medium mansum a quo facit mihi censum xx de. et albergam duorum hominum et i gallinam. Item habeo in manso de Croso xv sol. et cibariam. Sicut scriptum est superius et hec predicta mihi melius materna voce contingunt, ita dono et offero Deo et dicto cenobio hec omnia prenomina cum hominibus famulis, census sive etiam cum omnibus iuribus, que inde mihi exeunt. Interea hoc domum facio et incontinenti trado per liberum et franchum alodium absque ullo obstaculo ullius viventis. Si quis hoc...

Actum est hoc n.º kal. nov., a.º Domini MCCIII.º

Ss. GERALDI de Solario, qui hoc laudo et firmo; S+m Arnalli de Podio; S+m Raimundi de Portello; S+m Raimundi de Figera; S+m Petri de Mansso.

Bertrandus, subdiaconus, qui hoc scripsit...

1248.

1203, noviembre 2.

Guillermo de Palau y Armengol intervienen en la causa vertiente entre Geraldada, viuda, y el preboste del Monasterio.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 107-8 (n.º MXCI).
A. C. A., Cart., f. 213, n.º 661.

Ego Guillelmus de Pelacio et R. Ermengolli, cognitores illius cause et possessionis que vertitur inter prepositum s. Cucufatis et domnam Geraldam, uxor que fuit A. de Podio Naucler, de honore de Tartugeris et vineis de Serreis, qui domna primo conquesta fuit de preposito et dixit quod ipsa tenebat et habebat possessionem illam de honore et vineis et prepositus et domus s. Cucufatis forciabant et disturbabant ei illam possessionem cui domne prepositus respondit et dixit quod ipse nec sui nichil forciabant ei et quod ipsa nichil ibi tenebat nec habebat, imo ipse tenebat et habebat quibus nos dicti, stante nobiscum R. Segarres, diximus iudicando et iure quod ipsi probarent hoc quod affirmarent. Denique, auditis rationibus et allegacionibus et lectis testibus utriusque partis, stante nobiscum G. de Acromonte, assignamus tenedonem illam et possessionem preposito s. Cucufatis, salva accione proprietatis illa domna Geraldada et suis, et hoc tenedonem assignamus preposito, quia bene probatum est per testes utriusque partis quod P. de Esparaguera misit domum s. Cucuphatis et prepositum in tenedone dicti honoris, unde modo est contencio, et prepositus fecit putare et vindimiare illas vineas et tenebat et habebat quando domna conquesta fuit de preposito, et quia testes domna non probaverunt sufficienter.

Actum est hoc iiiii.º kal. nov., a.º Domini MCCIII.º

S+m Guillelmi de Pelacii; S+m Raimundi Ermengolli; S+m Guillelmi de Agromontis.

S+m Raimundi de Grua, scriptoris, qui hoc rogalu scripsi...

1249.

1204, abril 10.

Pedro Farfay y su esposa e hijos ofrecen al Monasterio 6 dineros sobre el manso de Almugara.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 108-9 (n.º MXCIII).
A. C. A., Cart., f. 266, n.º 825.

Manifestum sit cunctis ego Petrus Farfay et uxor mea Pereta et filii mei Petrus et Guillelmus, offerimus et donamus Domino Deo et monasterio s. Cunatis et vobis domino Guillelmo, abbati, et conventui ipsius loci in perpetuum, unum par caponum annuatim in Natale Domini vel vi denarios, sicut

nos elegerimus, in omni ipso manso de Almugara et in ipsius terminis et affrontacionibus. Affrontat autem iam dictus mansus: ab oriente in alodio Bernardi Amati, ab occiduo in alodio filiorum Raimundi de Palacio, a circi in alodio predicti Bernardi de s. Oliva. Sicut ab istis affrontacionibus includitur, sic concedimus iam dictum donum in iam dicto manso, ita tamen quod nullum aliud servicium vel censum inde faciamus, set domus s. Cucuphatis et fratres ipsius loci semper nos manuteneant et adiuvent sicut suos alios probos homines nos, et nostros post nos, qui stantes fuerint in predicto manso.

Actum est hoc iiii.^o nonas aprilis, a.^o Domini MCCIII.^o

S + m Petri Farfay; S + m Perete, uxoris eius, nos qui hanc donacionem...; S + m Petri; S + m Guillelmi, filiorum eorum; S + m Arnalli de Cases Iusanes; S + m Berengarii de Podio.

Raimundus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1250.

1204, octubre 11.

Raimunda de Canet define al Monasterio un olivar sito en Tiana.

REGESTA: MAS, *Notes*.
A. C. A., Cart., f. 313, n.^o 940.

Sit notum cunctis quod ego Raimunda de Caneto et filia mea Barchinone et generi meo Petro, solvemus ad Domino Deo et s. Cucuphatis ipsam olivariam quod viro meo Petro recognoscit ad obitum eius, quod iniuste abstulit s. Cucuphatis, et ita recognoscimus ipsam olivariam per suum proprium alodium, in presencia de Arnallo s. Romani et Guillelmo de Palacio et Arnallo Lardo et Berengario Canaino et alii pluri homines. Et ego Raimundi de Pontonis, camerarius s. Cucuphatis dono tibi Raimunde et filie vestre Barchinone et viro suo Petro et vestris, medietatem ipsius olivarie, ideo ut bene melioretis vos et vestris omni tempore indivisibiliter et nos et s. Cucuphatis habeamus ibi aliam medietatem fkleliter. Est autem predicta olivaria in comitatu Barchinone, et in parrochia s. Cipriani de Tizana, iuxta via qui pergit de Montetirato ad Montegato, subtus domos de marinos. Si quis hoc...

Actum est hoc v.^o idus october, a.^o Domini MCCIII.^o

S + m Raimunde; S + m Barchinone, filie mee; S + m Petri, generi mei, qui hoc laudamus...; S + m Arnalli s. Romani; S + m Guillelmo de Palacio; S + m Arnallo Bardo; S + m Berengario Chanaino; Ss. Berengarii Rober; S + m Raimundi, camerarii, qui hoc donum laudo et firmo.

S + m Berengarii, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1251.

1205, marzo 15.

Elisenda de Alcarras promete al altar de San Juan, del Monasterio, el dominio del castillo de la Vid.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 108 (n.^o MXCII). — PERAY, *S. Cugat*, 125.
A. C. A., Cart., f. 155, n.^o 504.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod ego Elicsendis de Alcarraz, prompto animo et bona voluntate, dono Domino Deo et altari s. Iohannis, quod

ego construxi in ecclesia s. Cucuphatis, pro remedium anime mee, et anima filie mee Geralde, totum ipsum meum dominium quod ego habeo et habere debeo ulla racione infra terminum katri de Vite, ultra ipsum collum de Gar. ganta sicut Kardo tenet per me, et quantum ad ipsum dominium pertinet vel pertinere debet, cultum et heremum, cum ingressibus et egressibus suis, cum terminis et affrontacionibus suis, et de meo iure trado franchum et liberum et per suum proprium franchum alaudium in potestate predicto altari s. Iohannis, et in potestate de ipso, qui predicto altari serviat. Tali conventu facio hunc donum, ut ipsi qui teneat et serviat predicto altari s. Iohannis faciat semper diem obitus filie mee Geralde, si ipsum meum donum habere voluerit. Si quis hoc fregerit in duplo componat.

Actum est hoc xvii.º kal. apr., a.; dominice Incarnacionis MCCIII.º

S + m mei domne Elicsendi de Alcarraz, qui hec domum...; S + m Guillelmi, vicecomiti Cardone; S + m Raimundi Fulconis; S + m Guillelmi de Alcarraz; S + m Guillelmi de Monte Olivo; S + m Rumeu de Corbera; S + m Geralli Faber; S + m Kardoni, huius rei t. estis.

BERNARDUS, capellanus Tamariti {ecclesie}, qui hoc scripsit...

1252.

1205, mayo 21.

Sentencia dada por Pedro Oller en la cuestión que vertía entre el Monasterio y B. de Santa Oliva.

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 516, 622.— MAS, *Notes*, vi, 110-11 (n.º MCXVI). — CLAPES, *Sant Andreu*, 108.

A. C. A., Cart, f. 324, n.º 966.

Hoc est iudicium a Petro Ollario datum iussione Berengarii de s. Oliva, prepositus in Palacio, super querimoniis et responsis factis inter predictum Berengarium de s. Oliva et Geraldum Ferrarium de Palacio. Primum conquestus est predictus Berengarius de iam dicto Geraldo de tribus mansibus quos iam dictus Geraldus tenet per s. Cucuphatem in parrochia s. Marie de Palacio, in locis vocatis mansum de Campogallino, et mansum de Vilarasa, atque mansum de Cigar. De quibus conquestus est predictus prepositus quod ipse Geraldus Faber destruxit prefatos tres mansos et eiecit inde homines et feminas, qui ibi manebant, in quibus domus s. Cucuphatis habeat et accipiebat censos et agrarios et exidas et multa alia servitia, et quia illi mansi erant destructi amisit domus s. Cucuphatis illa servicia que in ipsis mansibus accipiebat per spatium xx annorum. Ad hoc respondit predictus Geraldus quod nunquam in Campo Gallino habuit mansum nisi in tempore messium. quod faciebamus cabanna ibi, in qua conragabamus nostrum blad, et tritrabamus, et nullum aliud marsum ibi habebat. De manso de Vilarasa dixit quod nunquam domus s. Cucuphatishabuit nec accepit in ipso manso ulla servitia in hominibus vel feminis, nisi tantum tascham et censum. Ex adverso respondit predictus prepositus quod ex consuetudo generalis habet domus s. Cucuphatis per omnem suum honorem tam in mansis quam in bordis habet servitia et hostes et intestaciones et exorchias et percuciones, firmancias et estachamentos, Ve-

runtamen Geraldus Faber nichil negavit aliud in prefata consuetudine nisi quod dixit bene potest esse. De illo manso de Cigar dixit Geraldus prefatus quod quando ille a domo s. Cucuphatis acaptavit, destructus erat, et modo est refactus et habitant ibi homines et feminas. Ad hoc respondit iam dictus prepositus quod hoc, si verum est, habuisset inde finem. Iterum conquestus est predictus prepositus de prefato Geraldo qui tenet et habet quandam fabricam in parrochia s. Marie de Palacio, que sedet in alodio s. Cucuphatis, et donant ad eandem fabricam locidum xxxvii mansos que sunt alodium franchum et liberum s. Cucuphatis et domus s. Cucuphatis in eandem fabricam non accepit nisi x paria ferrum et exida ipsius fabrice valet annuatim amplius de XL quarteras de blad, et prefatus Geraldus Faber non habet cartam donacionis de domo s. Cucuphatis vel de suo conventu, et hac de causa nobis videtur quod locidum, quod homines nostri donant nostrum debeat esse. Ad hoc respondit Geraldus Faber quod pater eius et antecessores eius tenuerunt et habuerunt illara fabricam cum illo sensu et nichil aliud vidit dare et etiam probavit possessionem pro tribus testibus xxx anuorum tenuisse inter se et sui antecessores. Ex aduerso prefatus prepositus respondit quod illa possessio nichil nocet domui s. Cucuphatis, quia ipse Geraldus nullam potest ostendere cartulam donacionis prefate domus s. Cucuphatis et quia generalis consuetudo est quod quisque teneat fabricam, medietas donat dompno ipsius fabrice de eximenta illius fabrice.. Ad hoc dictus Geraldus respondit quod de illa parte quam domus s. Cucuphatis petit in illa fabrica gaurentiam habet, scilicet Bernardus de Brugeriis et ideo Petrus Ollarius iudicavit, ut predictus Geraldus haberet et monstraret illam gaurentiam et ipse G. non habuit nec potuit habere. Super hoc, visis et auditis rationibus et allegacionibus et instrumentis diligenter lectis, et querimoniis et responsis factis ex ubique parte, petito consilio, a probis hominibus Petrus Ollarius iudicavit in hoc modo, ut predictus prepositus probaret ut haberet mansum cum hominibus et feminis et stetissent ibi pro manso Amasat. Et hoc probavit pro tribus testimoniis quod in illo campo Gallino habuit mansum Amasad cum homines et feminas ad servitium s. Cucuphatis et viderunt destruere eum Geraldo Fabri et eicere inde homines et feminas et Petrus Ollarius iudicavit, ut ipse Geraldus Faber refaciat ipsum mansum de campo Gallino cum hominibus et feminis ita ut domus s. Cucuphatis habeat ibi illa servitia et usatica que superius sunt prenominate. Iterum iudicavit Petrus Ollarius quia Geraldus Faber non negavit illam generalem consuetudinem quod Geraldus Faber ostendat ut habeat qualecumque pactum + donacionis+ domus s. Cucuphatis, quod nisi fecerit domus s. Cucuphatis habeat illa servitia et usatica in illo manso de Vilarasa, quos habet in aliis mansibus de Palatio. Iterum Petrus Ollarius iudicavit ut predictus Geraldus monstraret cartulam donacionis de domo s. Cucufatis, vel illam gaurentiam quam assignavit de Bernardo de Burgariis, et ipse Geraldus Faber nullam potuit ostendere cartam donacionis de domo s. Cucuphatis, nec ipsam gaurentiam, quam assignavit Bernardus de Brugariis potuit habere. Ea ratione iudicavit Petrus Ollarius ut domus s. Cucuphatis habeat et accipiat medietatem de locido de hominibus s. Cucuphatis, et alia medietas habeat ipse geraldus Faber pro sua locidacione, et quia ipsa fabrica sedet in alodio s. Cucufatis dictus Geraidus + donet+. domui s. Cucuphatis predicta x paria ferrum.

Actum est hoc xii.º kal. iunii, a.º Domini MCCV.º

S + m Petri Ollarii, iudicis huius rei; S + m Matheroni de Noguera; S + m Arnaldi de Noguera; S + m Guillelmi de Plano; S + m Raimundi de Portello; S + m Bernardi de Pinellis, nos qui hoc...

S + m Arnaldi, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1253.

1205, junio 3.

El abad Berenguer establece a Berenguer de Parets un alodio sito en "Fonte Rubeo".

REGESTA: BALARI, *Orígenes*, 238.—MAS, *Taula*, 255; *Notes*, vi, 110 (n.º MXCV).—PERAY, *S. Cugat*, 125.

A. C. A., Cart., f. 149, n.º 484.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius, Dei gratia s. Cucufatis abbas, consilio et voluntate tocius eiusdem conventus damus et statuimus tibi Berengario de Parietibus, uxorique tue Ermessendi, et vestris omni tempore, uni post alium indivisibiliter, illum nostrum mansum quem habemus et tenemus infra terminum castris de Fonte Rubeo, in parrochia s. Vincentii, in loco nuncupato Franchea; qui ab oriente terminatur in serra de Franchea, que antique vocabatur serra Volpeiera, a meridie in manso R. de Castroi Veteri, quem Arnaldus de Torrentibus pro eo tenet, ab occiduo in torrente qui descendit de Mazana, a circi in alodio et in pariliata quam Berengarius de Torrentibus tenet pro s. Maria Montiserrati cum suis heredibus. Quantum ab his terminis concluditur et terminatur damus vobis et vestris omni tempore, cum vineis, arboribus, terris, ingressibus et egressibus et omnibus sibi pertinentibus et etiam cum illa petia de terra de ipsa Sorbera que est ultra prefatum terminum; tali condicione ut vos et vestri semper annuatim nobis tribuatis et domui s. Cucufatis v quarteras tritici boni nitidi ad quarteriam Villa Franche, in festo s. Petri et Felicis, numquam ibi alios eligatis dominos nisi domum s. Cucufatis et suum conventum, et teneatis, habeatis hec prefata et omni tempore expletetis ad servitium et fidelitatem nostram et prefate domus conventusque sui presentis et futuris. Non liceat vobis... Si quis hoc...

Actum est hoc iii.º non iunii, a.º Domini MCCV.º

+ Berengarius, Dei gratia s. Cucufatis abbas; Petrus, monachus; Bernardus, monachus; S + m Arberti de Apierola, monachi; Raimundus, monachus; Petrus, monachus; S + m B. Culerarii; S + m Arcoz; S + m B. de Ribera.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit...

1254.

1205, junio 11.

Publicación sacramental del testamento de Elisenda de Alcarraz.

REGESTA: MAS, *Notes*, v, 111 (n.º MXCVII).

A. C. A., Cart., f. 155, n.º 505.

Ultime voluntatis cuiusdam femine defuncte, nomine Elicsendis de Alcarraz, cuius ordo infra vi menses coram sacerdote et Petro de Corrone, vicario

Raimundi, iudicis, legaliter actus est. Nos videlicet Guillelmus de Monte Olivo et Rumeus de Corbera, testes et iuratores sumus. Testificamur namque... et elegit manumissores suos abbatem s. Cucuphatis, et nos predictos ambos Guillelmum de Monte Olivo et Rumeum de Corbera, quibus precepit, ut si... In primis dimisit corpus suum ad sepeliendum monasterio s. Cucufatis cum L aureis ad faciendum ipsum safareg., et cum omni suo lecto, et cum ipsa bestia qui corpus defferret suum vel precium eius c solidos; et dimisit ad opera de predicto safareg x morabetinos quos domnus abbas s. Cucufatis habuit de ipso suo sarraceno et precabatur domnum suum abbatem, ut donaret predictos morabetinos ad ipsa opera de predicto safareg. Dimisit altari s. Iohannis, quod ipsa construxit in ecclesia s. Cucufatis pro remedio anime sue et filie sue Geralde de Cardona, illum suum dominium quod habebat infra terminum kastro de Vite quem tenebat Kardo per eam ultra collum de ipsa Garganta, sicut melius habebat et habere debebat, et sicut ipsa iam dederat in illa cartula; et dimisit predicto altari cc solidos denariorum quos ei debebat Raimundus Bovis per illas domos quod illa fecit in villa s. Cucuphatis; adhuc dimisit predicto altari s. Iohannis cccc morabetinos quos ipsa habebat in illa pignora de ipsa kastlania de Arrahona et de Sapatello, ita ut persolverentur de ipsis eximentis predictae pignore, computatis tamen expletis in paga. Et precata est manumissores suos ut predictos cccc morabetinos et predictos cc solidos darent et comprarent in honore qui esset semper de predicto altari. Tali conventu dimisit predictas lezas, ut ipse qui teneret et serviret predictum altare s. Iohannis, faceret semper diem obitus sui, et diem obitus filie sue Geralde, et diem obitus fratris sui Raimundi de Pontons, si ipsas predictas lezas vellent habere quas ipsa ei relinquebat. Et etiam voluit ac mandavit, ut facerent dedicare et consecrare predictum altare ipse qui teneret et serviret predictum altare et predictos honores et omne hoc quod superaret ex predictis honoribus darent et omne hoc quod superaret ex predictis honoribus daret semper in preparatione predicto altari. Et concessit et laudavit monasterio s. Cucufatis, ipsos mansos de Arrahona et de Vite, sicut pater olim suum Raimundus Guillelmus de Otena dimisit et dedit pro filio suo Raimundo de Pontons predicto monasterio. Dimisit milicie templi c solidos, Sanctis Crucibus L solidos; dimisit s. Petro de Archellis c solidos et s. Salvatori de Arrahona illum locum in quo fuit palacium parentum suorum dimisit s. Marie de Pedregal; L solidos Ospitali s. Valentini; L solidos confratriam s. Trinitatis; x solidos s. Georgio Dalfama; x solidos s. Marie de Vite; x morabetinos pro una casula, s. Mane de Monte Albo i morabetino, s. Iacobo i morabetino, s. Marie Tamariti ii morabetinos, s. Marie de Monte Manedi i morabetino. Dimisit s. Marie Montis Serrati ii morabetinos et c solidos ex quibus debebat L solidos priori et L solidos Petro Andree. Dimisit sedi Tarrachone ii morabetinos, Vincencia de Cardona ii morabetinos. Ad pontem de Muntsono i morabetino. Dimisit s. Mare ipsum mansum de Pressona quantum ibi ipsa habebat et habere debebat, pro remedio anime sue et anima G. de Alcarraz viri sui, et anima filie sue Geralde de Cardona. Dimisit s. Marie Valis Bone c morabetinos pro anima sua, et pro ipsa sua nepota Ermessendi de Castluz. Dimisit Petro de Belverger cc solidos, et precata est, ac mandavit manumissoribus suis, ut solverent monasterio s. Cucufatis pro predicto Petro cccc solidos. Dimisit Dalmatio de Sobarber ccc solidos ad refeccione sue domus de Sobarber. Dimisit

Sancio, homini suo, L solidos. Dimisit et concessit Iozberto de Baiona illos cc morabetinos quos dimisit ei Gerallus de Iorba de illa pignora de ipsa kast-lania de Arrahona et de Sabatello. Dimisit ad filias de Raimundo de Otena, nepotas suas M solidos inter ambas. Dimisit Berengarie de Paganello, consanguinee sue, et G. de Monte Olivo, omnem suum mobile quod habebat in termino katri de Cupeles et in eiusdem kastro, et in kastrum de Tamarito et in terminium katri de Monte Olivo. Dimisit domno suo Guillelmo de Cardona M solidos quos ei debebat pro filia sua Geralda de Cardona, et ipsa dimisit ei in suo testamento. Propterea de illa questia quam ipsa fecit in Sabatello, unde Ecclesia et milites de se conquerebantur, precepit manumissoribus suis quod viderent rationes eorum, et secundum quod viderint rationes eorum, restituerent ante omnia de sua. Dimisit Guillelmo de Alcarraz nepoti suo, kastrum suum de Vite, et kastrum de Arrahona, sicut melius habebat et habere debebat, et si ipse obierit sine legitimo prole reverteretur Raimundo Fulchoni, et si Raimundus nollet habere, haberet Elicsendis nepota sua kastrum de Arrahona, et Sebilias, nepta sua, kastrum de Vite, et si decesserit de Elicsendi et de Sebilias, reverteretur Geralde nepte sue, et sic iret de uno ad alium vel ad aliam, et si omnes decesserint, reverterentur suis propinquis. Dimisit omnem suum mobile in potestate manumissorum suorum, ut distribuerent et darent sicut ipsa mandavit scribere in illa cartula et mandavit distribuere, et voluit ac iussit manumissoribus suis ut acciperent et tenerent kastrum suum de Arrahona, et kastrum suum de Vite, et tenerent tantum usque quo inde fideliter expletis eorum et eximentis solverent predictas suas levas et omne suum debitum sicut in veritate invenirent, et postea essent persoluti predicti castri, et non antea, et pro amore Dei et remedio anime sue et propter preces G. de Monte Olivo et Rumei de Corbera nobis iam dictis, et Bernardi Capellani Tamariti, solvit et dimisit illos x milia solidos quos ei dedit olim vir suus G. de Claromonte ad suam voluntatem. Et precata est domnum suum Guillel-mum de Cardona et amicum suum sicut semper in ipso fiduciam habuit, ut faceret sequi hoc suum testamentum per fidem et amorem quem illi semper habuit. Ad huc precabatur ei pro Bernardo, capellano suo de Tamarit, nutrito suo ut eum pro amore suo atque Guillelmi Clarimontis diligeret, et benefaceret et manuteneret in suis necessitatibus. Et precabatur domnam suam reginam pro amore Dei, et pro sua libertate, et pro amore et fide quam semper in ipsa habuit, ut faceret sequi hoc suum testamentum, et sicut in illa m omni vita sua adiutricem et defensatricem et consiliatricem in cunctis suis factis pre omnibus esse cognovit, ita nunc ipsam genis flexibus humiliter exorabat. ut anime sue esset memor et hanc ultimam suam voluntatem executiohi faceret mandare, sicut in ipsa post Deum habebat fiduciam. Et precabatur domnum suum regem quatenus pro amore Dei et pro sua libertate, et pro amore et fide quam semper in ipso habuit, faceret sequi hoc suum testamentum.

Hoc totum ita ordinavit iam dicta testatrix in suo testamento x.º kal. apr., a.º Dominice Incarnacionis mccciii.º et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde infirmavit, et ab ipsa infirmitate quam patebatur decessit ab hoc secula viiiº id, mad., et anno Dominice Incarnacionis MCCV.º Hanc igitur ipsius... Petro de Corrone prescripto, Raimundi iudicis vicario et aliis testibus presentibus, veram esse fideliter...

Late condiciones iii.º id. iunii, a.º Domini hoc prefixo MCCV.º

S + m Guillelmi de Monte Olivo; S + m Rumei de Corbera, nos huius rei testes et iuratores sumus; S + m Raimundi de Papiolo; S + m Guillelmi de Orta; S + m Berengarii de Olzeto; S + m Bernardi de Sancto Cucufate; S + m Bernardi de Olzina; S + m Petri Arnaldi Grunni; S + m Petri Arberti Ponticii; S + m Bernardi Geraldii; S + m Bernardi Companni; S + m Iohannis de Orto; S + m Iohannis, presbiteri; S + m Raimundi, presbiteri infirmorum; Ego Bernardus, capellanus Tamariti, subscribo, nos qui huic sacramento presentes adfuimus.

S + m Petri de Corrone, scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1255.

1205, julio 17.

Testamento de Ramón de Guardia.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 111-2 (n.º MXCVIII).
A. C. A., Cart., f. 195, n.º 613.

In nomine Domini nostri Iesuchristi. Ego Raimundus de Guardia, gravi egritudine detentus, pleno sensu et intellectu et sana memoria, cum consilio et voluntate uxoris mee Saurine de Claromonte, facio meum testamentum in quo eliguo manusmissores meos, scilicet dictam uxorem meam Saurinam de Claromonte ac Guillelmum de Cervilione et fratrem meum Raimundum de Castelleto et Arnallum de Monte Olivo, et Guillelmum de Monte Olivo atque Guillelmum de Monteserrato, quibus rogando precipio... Primum dimitto animam meam et corpus meum ad sepeliendum Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis, et cum consilio et voluntate dicte Saurine, uxoris mee, diffinio et absolvo ac delibero et relinquo dicto cenobio s. Cucuphatis totum illum honorem de Terracia, quem Guillelmus de Claromonte ibi dimisit in suo testamento, et omne ius et accionem ac petitionem, si qua predicto honore habebam adversus dictum cenobium. Dimitto vero dicto cenobio propter remissionem anime mee illum mansum de Capellatis, cum suis pertinenciis et tenedonibus, et cum molendino quod ibi habeo, salvo pignore quod ibi est. Preterea dimitto illi cenobio s. Cucuphatis ccc solidos et meum mulum. Item relinquo Barchinonensi sedi L solidos, et s. Petro Puellarum xx solidos et domui Militie Templi L solidos; et relinquo domui Ospitalis L solidos et arma mea cum trepis et s. Petro de Rivo Rubeo x solidos, et s. Petro de Terracia xx solidos, et s. Marie de Spargaria xx solidos, et s. Columbe x solidos, ac s. Margarite x solidos, et s. Martino de Uruz x solidos, atque s. Marie de Castelleto xx solidos, et s. Vincencio x solidos. Et relinquo s. Marie de Minorisa c solidos, et illum meum saracenum vel alios c solidos pro illo saraceno. Et cenobio s. Benedicti de Bagiiis xx solidos, et s. Paulo de Guardia x solidos, et cenobio s. Cecilie L solidos. Preterea relinquo s. Marie de Monteserrato illum honorem integriter, qui est ex tenedone illius mansi de Medians, quem iam ibi dedi cum suis pertinenciis, excepto hoc quod ibi retinui et modo ibi dimitto et ecclesie de Monte boyno x solidos et s. Michaeli de Orpino x solidos, ac s. Martino de Kazma x solidos, et s. Marie de Claromonte xx solidos, et s. Marie de Collebas x solidos, ac s. Petro de Cubellis c solidos, quos mando dari in honore ad humilitatem

eiusdem ecclesie s. Petri et s. Marie de Cubellis xx solidos, et ipsi altaris S; Vincencii eiusdeni ecclesie x solidos, ac s. Marie de Thamarit xx solidos atque opere ipsius ecclesie de Monte Olive c solidos et s. Petro de Codonno x solidos et s. Iohanni de Castlar x solidos et sedi Terrachonensi L solidos, et cerobio de sanctis Crucibus c solidos, et cenobio de Publeto L solidos, et domni de Alfama L solidos. Et volo et mando quod omnia mea debita., que vera sint, sint persoluta. Debita autem dicta et omnia supradicta legata persolvantur de honore meo et de honore dicte uxoris mee Saurine. Iterum, cum consilio et voluntate uxoris mee Saurine, dimito Ermesendi, cognate mee, mille et ccc morabetinos et habeat et teneat pro illis millibus morabetinis per suum proprium pignus castrum de Rivo Rubeo, cum suis terminis et omnibus et militibus et sensibus et usaticis et cum omnibus sibi pertinentibus et pertinere debentibus, ita quod eximenta et redditu illius castri sibi non computentur in sorte, sed tantum pro gaudita. Et donet ei Saurina uxor mea ccc morabetinos in avero qui remanent. Quos mille et ccc morabetinos dictos habeat ipsa Ermesendis dicta pro sua porcione et hereditate. Et quod non possit illa de honore vel hereditate patris sui ultra aliquid querere vel petere, sed habeat ratum et firmum hoc testamentum. Et mando dari Alde, sorori uxoris mee Saurine, quinque milia solidorum Barchinonensium, quos pater suus Guillelmus de Claromonte ei reliquit, ita ut sit contenta pro sua hereditate de omni honore patris sui et faciat inde finem et diffinicionem in filiis meis. Et si hoc sibi non placuerit, uxor mea et filii pareant inde iuri et faciant sibi rationem. Item autem relinquo et concedo filio meo Guillelmo illum castrum de Claromonte et castrum de Monte Boyno et castrum de Orpino et castrum de Monte Olivo et castrum de Tamarit et castrum de Cubellis et castrum de Codonno et feva de Avinione et mansum atque castrum de Sparagaria et castrum de Terracia et castrum de Rivorubeo, salvo pignore ipsius Ermesendis dicte, et honorem et feudos de Cardona et castrum de Guardia, salva donacione eorum mansorum, quos iam dedi Guillelmo de Monteserrato, et castrum de Taltavul. Supradicta autem castra cum omnibus eorum pertinenciis et terminis ac militibus et hominibus et omni eorum iure et omne alium honorem alodium sive fevum ubicumque habeo vel habere debeo, quibus libet modis et vocibus, que superius vel inferius in hoc testamento non nominavero totum inquam supradicto filio meo relinquo et dimito unicuique de filiabus meis mille morabetinos pro hereditate earum; et si filius meus Guillelmus obierit sine infante de legitimo coniugio, omnia, que superius ei dimisi, revertantur filie mee Raimunde; et si illa discederet sine infante legitimo, revertantur alteri filie mee Elliardi. Si vero meos infantes nun decederent sine infantibus de legitimo coniugio procreatis superstitibus, revertantur Adde, sorori uxori mee Saurine et suis castrum de Claromonte et castrum de Orpino et castrum de Monte Boyno cum omni eorum iure, et omnia alia supradicta, revertantur Ermesendi, sorori uxoris mee Saurine, exceptis castris, videlicet de Guardia et de Taltavul, que revertantur fratri meo Raimundo de Castelleto et suis. Iterum relinquo nepoti meo Berengario de Argemon meos mansos de Uruz et fevum de Apiera et ipse teneat hec omnia pro Guillelmo, filio meo, in feudum sine servicio quod inde ei non faciat. Et relinquo nepoti mee Eligsendi, filie R. de Castelleto, equum meum; et dimito alii nepoti mee R., filie condam de Xedmar, cc solidos et addo nepoti mee Geralde pro suo exovar c morabetinos, et relinquo

filios militum, quos teneo in potestate Dei et uxoris mee Saurina, ut faciat eos milites; et volo ac mando quod uxor mea Saurina sit domina et potentissima de omni vita sua, de omni supradicta honore, et quod ipsa solvat supradicta debita et legata de predicto honore. Ipsa vero Saurina, uxor mea, in obitu suo accipiat de predicto honore in quocumque loco ipsa voluerit, quantum sibi placuerit de predicto honore, quem possit relinquere pro anima sua. Hec autem mea voluntas, si qua iuris sollempnitate vel subtilitate defecerit, volo quod vim quodissillorum obtineat, queque superius dari fieri vevisse etiam a succedentibus ab instato rogo et volo ut dentur et fiant. Relinquo autem uxorem meam Saurinam et infantes meos et omnem meum honorem et milites meos et homines ad commodum eorum in potestate Dei et protectione ac defensione domni Guillelmi de Cardona et rogo dominum meum Guillelmum de Cervilione ut ipse manuteneat et defendat uxorem meam Saurinam et filios et milites meos et homines et eorum honores. Similiter autem rogo domnam Guillelмам de Castro Vetulo et filium eius Guillelmum de Montecatano ut manuteneant et protegant et in defensione eorum habeant uxorem meam Saurinam et infantes meos et milites ac homines meos et eorum honores, Preterea rogo dominum abbatem de s. Cucuphate et conventum inde sibi subditum, ut consulent uxorem meam Saurinam et filios meos et subveniant in eorum necessariis ex consilio et auxilio ac beneficio.

Actum est hoc xvi.º kal. augusti anno Domini MCCV.º

S+m Raimundi de Guardia, qui hoc testamentum facio cum consilio et voluntate uxoris mee Saurina, quod firmo et laudo firmarique rogo; S+m Saurine de Claromonte, uxoris eiusdem; R. de Guardia, qui hoc testamentum firmo et laudo et firmari rogo; S+m Guillelmi de Cervilione; S+m Raimundi de Costelleto, fratris ipsius testatoris; S+m Arnalli de Monte Olivo; S+m Guillelmi de Monte Olivo; S+m Guilleimus de Monteserrato, nos manumissores firmamus hoc testamentum et laudamus mandato ipsius R. de Guardia et Saurine, uxoris eius; S+m Rammundi de Vite; S+m Berengarii de Castro Galino; S+m Guillelmi de Fales; S+m Arnaldi Barres; S+m Berengarii de Castrobela.

S+m Arnaldi, acoliti, qui hoc scripsit...

1256.

1205, agosto 4.

Guillermo de Sala, para remedio de su cima y de la de sus padres, otorga al Monasterio un alodio que posee en la parroquia de San Cebrián de "Aqualonga", en "Casal de Podio". Asimismo entrega en feudo al citado cenobio su manso de "Magarova".

REGEST.V : MAS, *Taula*, iii, 327-8; *Notes*, vi, 113-4 (n.º MC).

A. C. A., *Cart.*, f. 49, n.º 172.

Notum sit cunctis qualiter ego Guillelmus de Sala, ob remedium anime mee et animabus parentorum meorum, dono et offero Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis ipsum meum alodium quod habeo in comitatu Barchinona, in parrochia s. Cipriani de Aqualonga, in loco qui dicitur Casal de Podio. Si-

cut affrontat: ab oriente in alodio de Gontard, a meridie in ipso torrente qui discurrit de valle Dominice, et in aloclio s. Cucuphatis, ab occiduo in alodio s. Cucuphatis et in via publica, a circi in alodio Raimuncli de Laceres et Raimundi Bovis. Ipsumque iam dicto monasterio in presenti trado perpetuo, sicut Raimundus Bovis tenet per me et in sua cartula donationis resonat, ut habeat et in pace possideat in perpetuum cum ingressibus et egressibus suis, cum terminis et affrontacionibus, et omnibus pertinenciis suis ut melius dici... Adhuc addo ad iam dictam donationem ipsum meum mansum de Magerova, sicut ego melius habeo et habere debeo per feudum dicti monasterii, ut post meum obitum habeatis solutum...

Quod est actum ii.º nonas augusti, a.º Domini MCCV.º

S + m Guillelmi de Sala, qui hoc firmando testes firmare rogo; S + m Raimundi Bovis; S + m Berengarii Belloti; S + m Petri de Valle Sicca; S + m Bernardi Gotmar; S + m Arnalli Ferrarii.

ARNALLUS, presbiter, qui hoc scripsit...

1257.

1205, agosto 16.

Confirmación del "honor" de Tarrasa, del manso de Capellades y del derecho a las aguas de Igualada y de Montbuy.

EDIT.: SEGURA, *Historia*, i, 42; ii, ap. Q.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 114 (n.º MCI).

A. C. A., *Cart.*, f. 196, n.º 614.

Ad cunctorum noticiam devenit presentium scilicet et futurorum quod ego Saurina de Claromonte, bono animo et bona voluntate, laudo, concedo confirmo atque delibero Domino Deo et cenobio s. Cucuphatis universum illum honorem de Terracia, quem pie memorie pater meus Guillelmus de Claromonte ibi reliquit in suo testamento, et quem vir meus Raimundus de Guardia in suo testamento predicto cenobio concessit, deliberavit et confirmavit; laudo etiam, concedo, confirmo atque delibero eidem cenobio ipsum mansum de Capellatis, cum hominibus, feminis, cum terminis et affrontacionibus et omnibus pertinenciis suis, et cum omnibus ad eundem ubique spectantibus, sicut melius dici... salvo pignere qui ibi est, quem manifestum tenebamus in feudum ab eodem cenobio quem iam dictus vir meus Raimundus de Guardia eidem monasterio reliquit sive legavit. Similiter laudo et concedo ibi ipsum molendinum quod in eodem manso est quod dictus Raimundus maritus meus ibi reliquit, quod est in Capellatis. Concedo etiam laudo atque confirmo eidem monasterio captionem sive apprehensionem aque illorum molendinorum de Aqualata, que est infra terminos Aquelate et Montis Bovini, salva racione Iohannis Ferrarii, si qua ibi habet, sicut melius eam pater meus, Guillelmus de Claromonte, eidem monasterio reliquit sive legavit. Hec omnia predicto monasterio concedo, laudo...

Actum est hoc XVII.º kal. sept., a.º MCCV.º

S + m Saurine de Claromonte; S + m Guillelmi de Monteserrato; S + in Arnalli de Monte Oliva; S + m Raimundi de Castelletto.

Raimundus, monachus, qui hoc scripsit...

1258.

1205, agosto 19.

La vizcondesa de Narbona concede a Arnaldo de Guardia el manso de "Crematas", de la parroquia de San Esteban de ses Rovires, recibiendo la vizcondesa veinte sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 114-5 (n.º MCII).— PEDEMONTE, *Notes*, 132.
A. C. A., Cart, f. 407v, n.º 1186.

Notum sit cunctis quod ego domna Guillelma Castriveri et Narbona vicecomitissa, dono et laudo atque concedo tibi Arnaldo de Guardia et tuis, omni tempore, illum mansum quod pater tuus et genus tua condam tenerunt in termino de Castriveteri, et in parrochia s. Stephani de Ruviras, quem mansum vocatur Crematas. Sicut melius pater tuus et genus tua habuerunt et tenerunt dictum mansum, sic laudo et concedo tibi et tuis omni tempore, et accipio a te xx solidos. Si quis hoc...

Quod est actum xiiii.º kal. sept., a.º Christi MCCV.º

S + m domne Guillelme Castriveteri et Narbona, viscecomitissa, qui hoc laudo et firmo; Ss. Guillelmus de Montecatano; S + m Raimundi de Vulcraria; S + m Raimundi de Cazma; S + m Guillelmi de Rodanis; S + in Bernardi de Vidigario; S + m Bernardi Ierunda, rei testes.

S + m Arnaldi, presbiteri et capellani predictae domine Guillelme, qui hoc notavit...

1259.

1205, agosto.

Sentencia dada por el veguer en la causa que vertía entre B. de Montbuy y San Cugat sobre las aguas de Igualada.

EDIT.: SEGURA, *Historia*, i, 40-1; ii, ap. P, pág. 434.
REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 112-13 (n.º MXCIX).
A. C. A., Cart., f. 200, n.º 625.

Quoniam ea que... Ideo notum sit cunctis quod lis fuit mota inter B. de Montebovino et domum s. Cucuphatis super capcione seu aprehensione aque fluminis Aqualate, que aqua tendebat ad molinos s. Cucuphatis, qui sunt in quadra de Aqualata, quos domus dicta edificaverat, presente et vidente B. de Montebovino et non contradicente, et B. predictus turbaverat capcionem aque per xiii annos, qua de causa conquerendo petebat a B. predicto totum dampnum quod domus s. Cucuphatis habuerat propter predictam turbacionem. Monstravit etenim domus s. Cucuphatis per instrumenta fidedigna, quod capcionem aque adquisierat ad faciendam molendinam A. G. de Claromonte et a G.º de Cardona, videlicet ab ipso resclosar seu aprehensione molendini Iohannis Ferrari usque ad mansum de Venrello, qui est iuxta abbaciam. Ad hec B. de Montebovino respondit quod verum erat quod ideo turbaverat capcionem illius aque, quia debebat habere mediam decimam in predictis molendinis et domus s. Cucuphatis nolebat ei neque militibus suis illam mediam decimam dare predictorum molendinorum. Ad quod domus s. Cucuphatis respondit quod non credebat quod ipse B. nec sui milites deberent habere aliquid in dictis

molendinis. Et insuper domus s. Cucuphatis conquerebatur de militibus Bernardi iam dicti, scilicet de Raimundo de s. Columba et de Ferrario de Cherol et de G.° de Malgrato, quod similiter turbaverant capcionem Aquelate et citati ab A. Berengarii, qui vicarius erat pro domino rege, noluerunt venire ad faciendum ius domui s. Cucufatis. Vocavit eiam eos B. de Montebovino multociens, ut venirent, et noluerunt venire ad causam cum eo vel sine eo. Conquestus fuit B. de Montebovino quod multum dampnum sustinuerat et habuerat A. G. de Claromonte propter retencionem aque, ad quod domus s. Cucuphatis respondit quod non tenebatur ei de resarciendo dampno, imo sibi debebat imputari, si dampnum propter hoc passus est, quia sine fatigacione directi et sine auctoritate iudiciali cum militibus suis multociens fregerat aquam et turbaverat capcionem aque per xiii annos. Auditis rationibus utrius partis et confessionibus, visis instrumentis et cognitis a predicto A. Berengarii, assidente cum illo magistro Arnallo interloquendo primum iudicatum fuit, ut B. probaret si deberet habere mediam decimam in iam dictis molendinis vel aliud aliquid. Et B. respondit quod hoc non posset probare. Et ideo iure absolvimus predictam domum a decima illa et ab illo dampno quod B. allegabat. Assignamus etiam domui s. Cucufatis omni tempore ego A. Berengarii, assidente mecum Magero A., illam captionem aque esse iuris s. Cucufatis sicut in instrumentis factis A. G. de Claromonte et G. de Cardona continetur.

Actum est hoc a.° Domini MCCV.° mense augusti.

S + m Guillelmi de Colle; S + m Bartholomei Pelliparii; S + m Mageri Bernardi, qui hoc scripsit iussu Arnaldi Berengarii, vicarii; S + m Mageri Arnaldi, assessoris, ss.; S + m Arnaldi Berengarii, vicarii.

Signat Sendredus hoc ss. scripta Guillelmus.

1260.

1205, octubre 18.

Concordia firmada por Ramón de Calders y el Monasterio sobre la dominicatura de Magriñá.

REGESTA: MAS, *Taula*, iv, 590; *Notes*, vi, 115 (n.° MCIII).
A. C. A., Cart., f. 135, n.° 439.

Post multa placita et controversias diu agitatas inter dominum Berengarium, abbatem s. Cucuphatis, ex una parte, et Raimundum de Caldariis et uxorem suam Alicsendam ex altera, super ipsam dominicaturam de Magriñano, et de aliis querimoniis quas habebant ad invicem in posse Petri de Medina, vicarii Barchinonensis, laude et consilio Raimundi de Gurbo et Berengarii Ticionis, Rumevi de Curbaria et R. de Podio, et Petri de Deo atque Petri Ferrarii, sacriste s. Cucuphatis, ad bonum finem et concordiam et compositionem perpetua, tali ordine venerit, ita scilicet, quod Raimundus de Calciariis, et uxor sua Alicsendis et sui in perpetuum diffiniant et evacuent Doffimo Deo, et abbati s. Cucuphatis et eius conventui, omnes illos mansos cum eorum pertinenciis que sunt supra viam que pergit ad Fontem Talliatum, et illum mansum de Cutina. et laboraciones de Villa Dusannia, et de Ulmo, ita quod ipsi et posterii illorum non accipiant pro illo honore estacamenta, neque forcias, neque toltas, neque braciaticum, set sit franchum et liberum s. Cucu-

phatis, in tali pacto quod illi homines qui stant in Magriniano laborent iam dictos honores pro abbate s. Cucuphatis, et firmet ei directum quodcumque sibi placuerit pro illo honore et abbas non possit illis laboratoribus auferre nisi pro lexivo ei advenerit, et tunc si lexivus honoris contigerit, possit abbas ibi miteri unum hominem in unoquoque manso, et non plures, excepto quod non mitat ibi aliquem de habitatoribus Magriniani sine consensu Raimundi de Caldariis, et illi qui modo tenent predictos mansos assignent post obitum eorum unum filium vel heredum qui stet in uno quoque manso, excepto manso de Cutina in quo non mitat homines nisi ex habitatoribus Magriniani, et abbas non possit aliqua ratione baiulie, petere vel accipere firmamentum d{ i } recti a iam dicto Raimundo vel suis, et abbas habeat suum baiulum qui accipiat et conservet omnia iura s. Cucuphatis in predictis honoribus, et preterea accipiat quartum in campis quartalibus et medinm quartum in campo supra villam, et tascam in campis tascalibus aliis per manum Raimundi vel baiuli sui, in omnibus aliis laboracionibus sicut solitus est accipere, et habeat Rainumds. et Elicsendis et sui in perpetuum, domum ipsam et villam de Magriniano cum Ferragenali subtus villam et cum vineis et laboracionibus per feudum s. Cucuphatis, sicuti monstravit et pidovavit Berergarius de Villafranca, salvis iam dictis agrariis s. Cucuphatis, et donet annuatim ipsam albergam s. Cucuphati vel suis, absque aureo quam domus dicta consueverat accipere ibi, nec possit ipse vel sui, ampliare villam de Magriniano, amplius super ipsum quartallum, sine voluntate abbatis, et Raimundus et sui mitant ibi unum baiulum, qui stet in ista domo vel in villa assidue, quem inveniat abbas vel sui paratum ad faciendum totum quod R. de Caldariis vel sui debuerint facere s. Cucuphati, et si abbas voluerit iuret Berengarius de Villafranca iam dictum feudum, sicuti pidovavit.

Actum est hoc xv.º kal. nov., a.º Domini MCCV.º

Petri de Midina, vicarii Barchinone; S + m Rumevi de Corbera; S + m Petri de Deo; S + m Raimundi de Calders; S + m Elicsendis, eius uxoris; S + m Berengarii de Villafranca; + Berengarius, Dei gratia s. Cucufatis abbas; Arnallus, prior et camerarius; Raimundus de Gurbo, ss.; Petrus Ferrarius, sacrista s. Cucuphatis; Raimundus, monachus.

JACOBUS, levita, qui hoc scripsit precepto R. de Podio, clerici de Villafranca...

1261.

1206,

abril 10.

Arnaldo de Riuscch confiesa tener en feudo por el Monasterio los mansos de Geraldo y de Bernardo de Petra, de Bernanlo de Fonte y otros que se citan.

Ponemos entre [] lo que no está en C, y entre <> lo que falta en B.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 325; *Notes*, vi, 116 (n.º MCIV).

B: A. C. A., Cart., f. 47v, n.º 160.

C: A. C. A., Cart., f. 416, n.º 1257.

Omnibus presentibus et futuris sit manifestum quod ego Arnallus de Rivo Siccio, confiteor et recognosco me tenere et habere in feudum a monasterio s. Cucuphatis ipsum mansum Geraldi de Petra cum omnibus terminis et affron-

tacionibus suis, et cum omnibus ad eundem spectantibus ubique; {et ipsum mansum Bernardi de Petra cum omnibus terminis et affrontacionibus suis et cum omnibus ad eundem spectantibus ubique} [et ipsum mansum Bernardi de Fonte cum omnibus ad se spectantibus ubique] sine omni diminutione; et ipsum mansum Petri Iohanne integriter, quem Arnallus Belot tenet hodie a me, cum vineis et cum omnibus ad eundem spectantibus ubique; et ipsum mansum Berengarii Sinfredi, et ipsum mansum quem Raimundus de Laceres tenet a {me} apud Berters, cum omnibus ad eosdem pertinentibus ubique; et ipsum alium mansum qui est apud Codoners, quem <H>ermesendis de Valle Moronta tenet a me integriter; et in parrochia s. Salvatoris de Poliniano unum mansum cum omnibus aliis honoribus quos ibidem habeo, et ecclesiam s. Martini de Poliniano et apud Rium Sicum unum molendinum et unam pareliatam et diversos ortos que sunt impetu aquarum penitus destructa, et per alluvionem mutata, et unum campum de fabrica iuxta ecclesiam s. Paula de Rivo Sico, et unam albergam in ipsa domo de Rivo Sico; huiusmodi confessionem et recognitionem feudi, facio in presencia domini niei Berengarii, s. Cucuphatis abbatis, et Arnalli, prepositi, et Petri Ferrarii, sacrisie, et Berengarii de Vite, et Raimundi de Macianeto, et Iohannis Belloti, et Arnalli Perdicarii, et Arnalli Beloti.

Anno dominice Incarnacionis MCCVI.º idus aprilis.

S + m Arnalli de Rivo-Sico; + Berengarius, Dei gratia s. Cucufatis abbas; Arnallus. prepositus, s. Cucuphatis; S + m Arberti de Aperiola; Raimundus, scriptis, monachus, subscribit in istis, ss.; Arnallus, camerarius; Raimundi, monachi; Eimericus, monachus; S + m Iohanni Beloti; S + m Arnalli Perdicarii; S + m Arnalli Beloti.

Raimundus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1262.

1206, abril 24.

Guillerma de Castellví da al Monasterio el alodio de Puig Naucler.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 117 (n.º MCV). — PEDEMONTE, *Notes*, 136.

A. C. A., Cart, f. 213, n.º 661.

Notum sit cunctis qualiter ego domina Guillelma de Castro Veteri, Dei gratia vicecomitissa Narbone, propter remedinm et salutem anime mee et domni Arberti de Castro Valeri, fratris mei, et omnium parentum meorum et Arnalli de Podso Nauclerio, dono et concedo atque solvo per me et per meos in perpetuum Domino Deo et beato Cucuphati et vobis domno Berengario, eiusdem loci abbati, et omnibus successoribus vestris, totum illum honorem quem habetis laxacione et dono predicti Arnalli de Podio Nauclerio in comitatu Barch., in termino Castru Veteris, in parrochia s. Stefani de Ruviris, in loco apellato ad ipsas Serras, ut habeatis, possideatis...

Quod est actum viii.º kal. may. a.º Christi MCCVI.º

S + m domine Guillelme de Castro Veteri, Dei gracia vicecomitisse Narboie, que hoc laudo et firmo; S + m Guillelmi de Orta; S + m Guillelmi de Palao; S + m Bernardi de Gerunda; S + m Raimundi de Crosis; S + m Rai-

mundi de Cazma; Ss. Guillelmus de Monte Catano; S + m Arnaldi, presbiteri et capellani domine Guillelme, in cuius posse, et se vidente, dominam Guillel-
mam firmavit hanc cartam.

Petrus, presbiteri, qui hoc scripsit...

1263.

1206, mayo 12.

*Elabade San Cugat, Berenguer, autoriza a Pedro Lloret para que establez-
ca molinos en sus dominios señoriales de Igualada.*

EDIT.: SEGURA, *Historia*, i, 41; n, ap. R.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 117-8 (n.º ncv). — HINOJOSA, *El régimen*, 112, nota i,
A. C. A., Cart., f. 201 *bis*, n.º 629.

Notum sit cunctis qualiter ego Berengarius, Dei gratia s. Cucuphatis abbas. et omnis eius Deum conventus, damus tibi Petro Loreti et omni progeniei ac posteritati tue, in perpetuum, uni post alium, indivisibiliter, ad faciendum molendinos in ipsa nostra dominicatura de Aqualata ubi vel quot ibi fieri possint. Et accipias ipsam aqua ad predictos molendinos. sicut nos melius habemus vel quibuscumque modis habere debemus, ita ut edificetis et faciatis predictos molendinos et teneatis semper preparatos eos ad bene molendum, cum omnibus sibi necessariis, sine ulla nostra missione, et damus vobis operas ipsas hominum nostrorum de Aqualata ad conplantandum et hedificandum iam dictos molendinos, sicut modo ibi faciunt in omnibus et ad aquarum destruccionem et molas adducendas. Similiter et damus tibi, et tuis, medietatem de omnibus eximentis multurarum ipsorum molendinorum, salva decima integriter, quam ad nostrum dominium retinemus cum alia medietate multurarum levata comuniter mulneria, quam tu habeas ad consuetudinem aliorum molendinorum, et retinemus etiam ipsam aquam ad irrigandum ad hopus hominum nostrorum et habeas tu et tui post te hoc servicium et fidelitatem s. Cucuphatis et nostrum nostrorumque successorum. Et sit semper...

Est actum hoc in comitatu Minorise, in loco que vocant Aqualatam. Si quis hoc... Quod est actum iiii.º idus madii, a.º Domini mccvi.º

S + m Petri Loreti. qui hoc firmando testes firmare rogavit; S + m Arnalii Belloti; S + m Arnali Catelli; S + m Berengarii de Lerc; S + m Bernardi de Valdaurex, huius rei testium.

Arnallus, presbiter, qui hoc scripsit...

1264.

1206, junio 1.

Berenguer de Vilafranca jura fidelidad al abad del Monasterio por razón del castillo de Cleriana.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 118 (n.º MCVII). — PERAY, *S. Cugat*, 125.
A. C. A., Cart., f. 206, n.º 642.

Iuro ego Berengarius de Villafrancha, filius Berengarii, scilicet de Villafrancha et uxoris eius, nomine Arsendis, matris mee, quod ab hac die in antea

ero fidelis sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcione sicut christianus et fidelis hotna esse debet seniori suo cui manibus se comendat ad s. Cucuphatem et ad te Berengarium eiusdem loci abbatem de castello de Cleriana et de sua castellana, et vos non decipiam de castello nec de castellania supra dicta nec de terminis ipsius castri. Et iuro ego prescriptus Berengarius de Villafrancha s. Cucuphati et tibi Berengario abbati prescripto eiusdem cenobii s. Cucuphatis et successoribus tuis quod ipsum castrum de Cleriana non vetabo tibi et successoribus tuis abbatibus predicti cenobii, neque nunciis vestris et potestatem inde vobis dabo sine engan per quantas vices michi mandaveritis vel mandaverint, cum forifactura aut sine forifactura, nec ego nec ullus homo vel femina per me neque per malo meo ingenio nec consilio meo sive mandato, aut comonimento non eam vobis vetabo qua hora inde a vobis requisitus fuero vel pro nunciis vestris, et si ullus homo vel femina tibi vel successoribus tuis auferent ipsum castrum aut ipsam castellaniam, vel de terminis eius aliquid aut tibi vetaverint vel successoribus tuis, castrum illud vel castellaniam ego si facere potero tibi reddam, et si facere non potero, ero tibi adiutor et successoribus tuis tenere et ad habere predicta omnia sine engan et finem nec societatem cum ipsis non habebo donec recuperaveris omnia. Ipsam etiam dominicaturam quam in predicto castro retinuerunt successores tui abbates et presbiteratum atque capellaniam ipsius ecclesie, solide et integre absque ulla inquietudine semper habeas tu et successores tui abbates in proprio iure s. Cucuphatis. Terciam quoque partem omnium decimarum et terciam partem de placitis omnibus sive terciam partem de omnibus causis lexivis et dominicaturam terrarum ac vinearum sicut omnibus est nota, scilicet ipsum mansum de Nuce cum pariliatis et vineis et cuncta que in circuitu ecclesie s. Marie sunt ab ipso torrente sicut beatus Cucuphas tenuit ab antiquis temporibus, teneas et habeas tu et successores tui. Baiulus autem et presbiteratum qui ecclesiam s. Marie tenuerit et omnes homines qui in vestras dominicaturas stant vel steterint, non placitabo nec ullo modo dstringam, nec ego nec aliquis homo vel femina audeat nec aliquam execucionem seu violenciam nec ullam iniuriosam molestiam eis inferre presumat, et eciam ipsam dominicaturam omnem quam ibi habere debes non tollnm tibi et successoribus tuis, sed sine engan tibi tenere iuvabo et districtum totum quando tu illic fueris. Et si tu vel successores tui abbates infra portam predicti castri volueritis domum vobis ad habitandum construere vobis non contradicam nec aliquis homo vel femina per me contradicet et nullus miles infra terminos predicti castri alodium emere audeat sine consilio abbatis s. Cucuphatis et fidelitatem vobis iurent de predicto castro et de eius castellania atque de eius terminis et successoribus tuis et potestatem vobis donent absque ulla excusacione quantascumque vices requisieritis cum forifactura vel sine forifactura et semper prefati castelfeni abbatibus s. Cucufatis hostem faciant cum militibus qui de predicto castro fuerint et cum omnibus ibi habitantibus. Hec autem oninia superius scripta, ego predictus Berengarius de Villafrancha inviolabiliter nostre promito, et castellaniam facere faciam iure iurando per Deum et huius Santa.

Actum est hoc vi.º kal. iunii, a.º Domini MCCVI.º

S+m Berengarii de Villa libera; S+m Berengarie, uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus; S+m Raimundi de Callers; S+m Poncii de s. Oliva; S+m Raimundi de Podio; S+m Guillelmi Seguer; Ss. Berengarius, Dei gra-

tia s. Cucufatis abbas; Petrus, prepositus; Arnallus, prepositus; Firmat sacrista Petrus Ferrarius ista; S+m Iohannis Beloti; S+m Raimundi de Vulpiliariis.

S+m Petri de Corrone, qui hoc scripsit...

1265.

1206, septiembre 5.

Testamento sacramental de Arnaldo de Puig Naucler.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 118 (n.º MCVIII).

A. C. A., Cart, f. 213, n.º 663.

Hec est sacramentalis condicio ac legalis publicacio ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, nomine Arnalli de Podio Naucler, iuxta quarti ordinis modum edite cuius ordo coram sacerdote et Petro de Corrone, Barchinonensi, scriptore, vicario Raimundi iudicis legaliter actus est. Nos videlicet Petus de Mora et Bernardus de s. Iohanne, testes et iuratores sumus. Testificamur namque... fecit suum testamentum, et elegit manumissores suos Raimundum de Vite et Arbertum de Apierola et me dictum Petrum de Mora, quibus precepit, quod si eum mori... Primum dimisit Deo et s. Cucuphati suum corpus ad sepeliendum cum illo suo honore de Ciutadia et cum omni suo honore quem habebat de Martorello in sursum, nisi Petrus de Sparaguera redimeret dictum honorem pro D solidis; et item dimisit dicto monasterio CXL solidos quos habebat in locedo de Apiaria et L solidos quos in pignore habebat de Geraldo de Maltorrent, et cxxx solidos quos Pochetus Aranio tenebat per eum; et suum equum et suam garnizonem, totum hoc dimisit s. Cucuphati, tali modo ut esset semper ibi presbiter constitutus ad voluntatem suorum manumissorum pro anima sua et sue uxoris et parentum suorum et fidelium defunctorum, et dicta pignora sua redimerent se de expletis. Dimisit filie sue Helisabet totum suum honorem quem habebat vel habere debebat de Rocha de Drog usque ad mare, ubicumque habebat in Lupricato per fevum et per alodium, et uxor sua Geralda esset domina et potentissima omnibus diebus vite sue de honore qui resonat in suo sponsalicio, et de sua vascula maiori et minori. Et si filia sua obierit sine infante legitimo, ipsum feudum quod tenebat per Bernardum de s. Oliva, revertentur Petro de Sparraguera et suis et feudum quod tenebat per Petrum de Fonelario revertentur Bernardo de s. Iohanne et suis, et omnis alius honor suus revertentur Petro de Mora et fratri suo Bernardo in simul. Et dimisit Bernardo et Bertrando, nepotibus suis, c solidos in simul, qui exirent de ordeo suo et de vino qui erat in Ciutadia, et concessit sedi Barchinone xii denarios, et ecclesie s. Genesii v solidos, et clerico Terrazole xii denarios, et s. Marie de Corneliano xii denarios. Et mandavit et rogavit Guillelmum de Villa de Cavals, suum amicum, ut redderet suam garnizonem suis manumissoribus pro Dei amore, quam iam dimisit s. Cucuphati. Hoc totum ita ordinavit iam dictus testator xii.º kal. decembris, a.º MCCI.º Et post obitum suum sicut stare mandavit. Deinde in gravescente languore, quo detinebatur, decessit ab hoc seculo eodem mense et anno. Hanc igitur ipsius...

Late condiciones nonas septembris, a.º Domini MCCVI.º

S + m Petri de Mora; S + m Bernardi de sancto | Ioanne, nos huius |f. 213 rei testes * et iuratores sumus*; S + m Iordani de Manoch; S + m Berengarii de Torrerre; S + m Guillelmi de Gardiola; S + m Berengarii de Vulpiliariis; S + m Iohannis de s. Michele; Petri, sacerdotis, ss., nos qui huic sacramento presentes adfuimus; S + m Geralde, uxoris qd. prefati Arnaldi de Podio Naucler, qui hoc laudo et firmo; S + m Petri, presbiteri s. Iohannis Pinu qui vidi hanc carta firmare; Gerala de Pugnaol[e]rio.

S + m Petri de Corrone, scriptoris, prenominati qui hoc scripsit...

1266.

1207, abril 10.

Conveniencia firmada por el abad y B. de Castellvell sobre una viña de San Boy.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 119 (n.º MCIX).
A. C. A., Cart., f. 257, n.º 791.

Cum esset contraversia inter Berengarium, abbatem et conventum cenobii s. Cucuphatis, qui erant ex una parte, et Berengarium de Castrovetulo, qui erat ex altera parte, super ipsa vinea cum terra in qua est fundata in parrochia s. Baudilii in loco dicto Vilar, quam vineam cum terra predicti abbas et conventus dicebant alodium esse dicti cenobii eamque ad dominium postulabant dicentes eam pertinere ipsi manso in quo Berengarius de Barchinona vivolarium tantummodo habuerat quem mansum cum suis pertinenciis Guillelmus, olim abbas, et conventus predicti cenobii iure consecuti fuerit post obitum dicti Berengarii de Barchinona in eadem parrochia, in loco qui dicitur mansus de Solereto, et de Regario. Quan vineam cum terra hic Berengarius de Castrovetulo eis contradicebat dicens eam non pertinere dicto manso. Ego Bernardus Simeonis. huius cause cognitor, susceptis hinc inde pigneribus, auditis allegacionibus et confessionibus utriusque partis, testes adiudicavi Berengario, abbati et conventui dicti cenobii. Quibus testibus receptis et diligenter inquisitis et perscrutatis, ipsam vineam cum terra, in qua est fundata, iure assigno predicto monasterio.

Data sententia iiii.º idus aprilis, a.º MCCVII.º

S + m Bernardi Simeonis.

S + m Arnaldi de Serriano, scriptoris, qui hoc scripsit...

1267.

1207, abril 11.

Berenguer de Castellvell aprueba la concordia anterior.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 119 (n.º MCX).
A. C. A., Cart., f. 256 v, n.º 789.

Sit notum omiibus quod ego Berengarius de Castrovetulo de Corneliano, concedo et laudo in perpetuum tibi Berengario, abbati et conventui cenobii s. Cucuphatis, ipsam sententiam quam Bernardus Simeonis protulit in causa

qui vertebatur inter vos et me, super ipsa vinea cum terra in qua est fundata, in parrochia s. Baudilii, in loco dicto Vilar, per quam sentenciam dictus Bernardus eam vineam cum terra assignavit iam dicto cenobio. Ne igitur ego vel mei possimus unquam in aliquo venire contra dictam sentenciam, omni appellationi ac omni iuri et consuetudini, quantum ad hoc, renuncio.

Actum est hoc iii.º idus april, a.º MCCVII.º

S+m Berengarii de Castrovetulo; S+m Poncii de Serriano; S+m Petri de Mirambello.

S+m Arnaldi de Serriano, scriptoris, qui hoc scripsit...

1268.

1207, mayo 18.

Ramona y su esposo Guillermo Suner venden a Berenguer, abad del Monasterio, un "honor" que poseen en el castillo de Albiñana, en el lugar llamado "Tomalbuí" por ciento diez sueldos.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 501 ; *Notes*, vi, 120 (n.º MCXI).

A. C. A., Cart., f. 108, n.º 367.

Sit notum cunctis, qualiter ego Raimunda, et vir meus Guillelmus Suniarii, per nos et per nostros, vendimus, diffinimus et evacuamus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis, et tibi, domino Berengario, eiusdem loci abbati, tuisque successoribus in perpetuum, totum nostram honorem quem habemus et tenemus in comitatu Barchinone, in terminio castri de Albiniana, in loco nominato Tomalbuí, sicut nos melius habemus et habere debemus per donacionem fratrum meorum, scilicet Arnaldi de Medians et Guillelmi, fratris eius, sive per alias quascumque voces. Ita vobis et vestris vendimus, diffinimus, et evacuamus et de nostro iure in vestrum dominium tradimus, ut non liceat nobis vel nostris contra hanc cartam vendicionis sive diffinicionis aliqua ratione venire. Accepimus autem a vobis domino Abbate, pro hac vendicione sive diffinicione de bonis monasterii cx solidos ex monete bone Barchinone curribile, ex quibus remittitis nobis illam terciam partem que ratione vendicionis vobis competebat. Fatemur autem et concedimus nos ex predictis denariis bene esse peccati, ita quod de predicta peccunia nichil apud vos remansit; hec autem omnia, sicut superius scriptum est, bono animo et spontanea voluntate, vobis ve[n]dimus et diffinimus, ita quod nos vel nostri vel aliquis per nos contra hanc cartam venire non possimus et ut melius firmiter... Si quis hoc...

Actum est hoc xv.º kal. iunii, a.º Domini MCCVII.º

S+m Raimundus; S+m Guillelmi Suniarii, viri illius, nos qui hoc laudamus et libenter firmamus, firmarique rogamus; S+m Arnaldi Catelli; S+m Examen de Albornar; S+m Berengarii Moragos; S+m Gener de Albinana, huius rei testes.

BERENGARI, presbiteri de Caldario, qui hoc scripsit...

1269.

1208,

agosto 16.

Berenguera de San Menat y sus hijos ofrecen al Monasterio a sus hijos y hermanos respectivos, Bernardo y Ramón, con el manso Zabater.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 120-1 (n.º MXXIII).
A. C. A., Cart., f. 352, n.º 1034.

Notum sit cunctis qualiter ego Berenguera de s. Minato et filii mei Arnalli et Berengarii de s. Minato, offerimus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis filios meos Bernardum et Raimundum ad monachos faciendos; offerimus etiam dicto monasterio pro remedio animarum nostrarum et parentorum nostrorum, de bonis nostris propriis, unum mansum nostrum quem habemus per alodium franchum et liberum in comitatu Barchinone, in parroecia s. Stephano de Granulariis, in loco nominato manssum Zabater, qui est in valle de Oriolf. Sic iam dictum mansum cum ingressibus et egressibus et afrontacionibus et cum omnibus tenedonibus suis ubicumque habeo et habere debeo que ad ipsum mansum pertinent vel pertinere debent et cum hominibus et feminis quos ibi sunt et erunt et cum omni in se habenti, integriter, damus et offerimus prefato monasterio et suis habitatoribus ac ut melius dici... Si vero aliquis supradictum mansum monasterium s. Cucuphatis et suis habitatoribus inquietare voluerit, convenimus prefato monasterio et suorum super omnibus rebus nostris esse guarentes et defensores contra cunctos homines et feminas et ne nos vel aliquis homo vel femina contra hanc cartam donacionis sive oblationis venire possit, rerum renunciamus omni renovacioni et iuri quod pro nobis vel contra supradicto monasterio introduci possit. Si quo autem iure...

Actum est hoc xvii.º kal. sept., a.º Domini MCCVIII.º

S + m Berengarie de s. Minatis; S+m Arnaldi; S+m Berengarii; S+m Sance; S+m Sibilie; S+m Saurine, infantibus supradicta Berengarie et viro suo Guillelmi s. Minati, qui fuit, qui hoc...; S+m Guillelme, uxoris supradicto Arnaldi s. Minatis, qui hoc laudo et firmo; S+m Iohannis Ribei de Calidis; S+m Petri de Sintillis; S+m Berengarii Zabater de Valle Oriolfi; Ego Raimundus, sacerdos vidi hanc cartam firmare Sancie et Saurine.

Iohannis, sacerdotis, qui hoc scripsit...

1270.

1208, noviembre 13.

Testamento de Ramón "Crebasino".

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 121 (n.º MXXIV).
A. C. A., Cart., f. 403, n.º 1173.

In Christi nomine. Ego Raimundus de Crebasino, cum meo pleno sensu, tacio meum testamentum et eligo manumissores mei, videlicet Berengarius de Crebasino, frater meus, et R. de Grua, quibus rogando... In primis dimitto corpus et anime mee Domino Deo et Hospitalis Iherusalimitano. Iterum dimitto filia mea Ponceta pro sua hereditate et pro sua parte, scilicet omnem meum alodium quem habeo infra terminum castri Claromontis, in ipsa quadra, domum quem dicitur Villanova de Podiosa, videlicet mansum quem dicitur de

Casal Doriol, cum omnibus suis pertinenciis et tenedonibus, integriter, sicut melius michi pertinet per vocem matri mee, preter mansum quem dicitur de Olzina, qui se tenet cum tenedone castri Caprarie, quem Prades dicitur, sicut ipsas duas petras que Deus erexit, unam prope aliam, in ipsa costa, super camino qui pergit ubique et defendat recte usque in via qui pergit per boscum versus domum dicte de Villanova et usque limite roche super dictum boschum, quem habeant pro eorum legitima et parte filium meum Guillelmum et Raimundum, levato expleta, que modo ibi est a filia mea dicta. Iterum dimitto filio meo Arnaldo illum meum feudum quem habeo pro A. de Solarii, de fexa de Gadallo usque in ipsa capela, cum ipso molendino, quem habeat pro sua legitima et pro sua parte, sicut melius habeo et habere debeo per vocem ienitorum meorum. Et qualicumque ex filia mea dicta et Arnaldo obierit sine infante, suam hereditatem revertatur integriter, de unum ad alium. Et ego vero Raimundus de Crebasino iuro mea propria manu...

Actum est hoc idus november, a.º Domini Mccviii.º Si quis frengerit...

S + m Raimundi de Crebasino, qui hoc firmo et testes firmare rogavi; S + m Berengarii de Crebasino; S + m A. Ollomar; S + m Berengarii Pellicerii; S + m Arnalli de Grua.

S + m R. de Grua, qui hoc rogatu scripsi...

1271.

1208, noviembre 29.

Guillermo de Santa Oliva y su esposa Guillerma conceden, dan y venden al abad del Monasterio el agua del molino de Soler, en el término de Santa Oliva, bajo las condiciones que se determinan.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 501; *Notes*, vi, 121-2 (n.º MCXV).
A. C. A., Cart., f. 107 v, n.º 365.

Omnibus sit manifestum quod ego Guillelmus de s. Oliva, et uxor mea Guillelma, per nos et per omnes nostros, concedimus, et damus, et vendimus in perpetuum sine omni diminutione... in ipsa aqua nostra de s. Oliva non faciamus, et accipiatis predictam aquam a molendino que vocant de Solario inferius, sic damus Domino Deo et s. Cucuphati martiri et tibi, dompno Berengarii, eiusdem loci abbatis, et tuis monachis qui ibi Deo serviunt. Eo scilicet modo quod predictam aquam quam vobis vendimus ducant eam homines vestri et accipiant per terminum s. Olive quodcumque voluerint in yeme et in estate, libere et absolute per cuncta loca in honore s. Cucuphatis, exceptis dominicis diebus et iovis, quos duos dies retinemus ad homines nostros de Palacio tantummodo per diem a solis ortu usque ad occasum; ceteris autem diebus et noctibus habeatis predictam aquam ad vestram vestrorumque... Concedimus namque vobis et vestris ipsam aquam vestram de Tomalhui possitis eam ducere per terminum nostrum de s. Oliva sine ulla contrarietate... Quod omnia, sicut predicatur, vobis teneri et observari faciamus contra cunctos homines et feminas per bonam fidem, sine omni vestro vestrorumque engan. Accipimus a vobis pro his omnibus D solidos denariorum monete Barchinone quos nobis corporaliter numerastis, nichilque remausit penes vos in debito. Unde renunciamus omnino exceptioni numerate pecunie. Et si quis predictam

aquam vel eius meatus in aliquo vobis turbaverit, infra x dies vestra cognitione omne dampnum et gravamen vobis plenarie receremus, vel receriri faciemus, et hoc totum, sicut predicatur, convenimus vobis et vestris attendere et adimplere per bonam fidem et sine vestro vestrorumque engan. Sed tamen tali modo vendimus vobis predictam aquam, quod de ipso loco superius ubi vos et vestri homines accipitis iam dictam aquam homines nostri s. Olive possint rigare res eorum sicut ei opus sit ad bonum intellectum et sine malo ingenio, et ego Guillelma, uxor iam dicti Guillelmi, renuncio iure sponsalicio meo in omnibus de iam dicte vendicione, sicut superius resonat, et ut firmiter habeatur manibus meis propriis, sponte et non invita, iuro per Deum et super sancta *iiii* Euvargelica, quod per me motipsam teneam et teneri faciam. Si quis hoc...

Actum est hoc *iii*.^o kal. dec., a.^o Domini MCCVIII.^o

S + m Guillelmi de s. Oliva; S + m uxor mea, Guillelme, nos qui hoc...; S + m Petri de Rabaza; S + m Bernardi de Calafello; S + m Bernardi de Crexel, hii sunt testes heius rei.

BERENGARII, presbiteri, qui hoc scripsit...

1272.

1209, enero 12.

Guillermo de Mollet y su esposa definen al Monasterio sus derechos sobre el molino de Arquers.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 120 (n.^o MCXJI).
A. C. A., Cart., f. 379, n.^o 1101.

Sit notum cunctis quod ego Guillelmus de Molleto et uxor mea Guillelma, bono animo et spontanea voluntate, per nos et nostros diffinimus et evacuamus Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et vobis Berengario, eiusdem loci abbati, omnique conventui, omnes illas demandas quas nuper in vestro molendino de Archers iniuste faciebamus, ita quod nos vel nostri non possimus in eo aliquid exigere racione garde vel census sive aliqua alia racione. Si vero aliquis noster homo dictum vestrum molendinum tenuerit, qui non possit nobis solvere censum quem nobis debeat de nostro honore, non possimus pignorare in vestro molendino sive in aliqua doinus s. Cucuphatis. Si, tamen aliquis noster homo in dicto vestro molendino aliquid demandaverit vel ius sibi in eo competere crediderit, sub vestro examine, sicut decet, directum firmet et causam peragat sicut de vestro proprio honore fieri debet. Hec omnia sicut supradicta sunt, diffinimus et evacuaimus vobis et successoribus vestris in perpetuum, ut melius dici... Renunciantes omni iuri scripto, et non scripto, sive consuetudinario, que pro nobis in hac causa introduci posset. Si quis hoc fregerit.

Actum est hoc *ii*.^o idus ianuarii, a.^o Domini MCCVIII.^o

S + m Guillelmi de Molleto; S + m Guillelme, uxoris eius, qui hoc firmamus; S + m Iordani de Menoc; S + m Raimundi de Podio; S + m Raimundi de Portello; S + m Raimundi de Valledaureix; S + m Denis, baiuli; Bernardus, sacerdos, qui cartam vidi firmare istam Guillelme, uxori eius.

Ss. Guillelmi de Rubio, qui hoc scripsit.

1273.

1209,

marzo 29.

Sntencia dada por Guillermo de Coll en la causa existente entre Galcerán, camarero de Manresa, y el abad del Monasterio, sobre ciertos hombres que habitaban en Albiñana.

EDIT.: HINOJOSA, *El régimen*, ap. iii, pags. 326-7.
REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 498; *Notes*, vi, 122 (n.º MCXVI).
A. C. A., Cart., f. 104, n.º 353.

In Dei nomine. Ego Guillelmus de Colle, cognitor cause que vertebatur ex una parte inter Gaucerandum, camerarium Minorise, et ex altera parte domum s. Cucufatis et abbatem, super quosdam homines qui habitant Albinanam, scilicet Bernardum Figueram et suos fratres, * et Bernardum Despinalbo et suos fratres *. Quos homines dictus Gaucerandus clamabat per ecclesiam Minorise, et prepositum, et per Ferrarium, notarium domini regis, asserens quod ipsi homines sunt filii suorum proborum hominum et deberent stare apud Vallem Lunestam, nec inde eos posse, vel debere recedere absque voluntate et licencia dominorum. Quod totum ipsi homines abnegarunt, ponentes exceptionem quod si ipsi hoc probarent, se hostendere tales rationes que illud nil eis noceret, nec tenerentur eis in aliquo; ad quod Guillelmus de Colle, vicarius domini regis, assidente secum Guillelmus de Acromonte, et Ar[naldo?] de Berengario, dixit utrique parti hoc hostendere ut asserebant. Denique, auditis rationibus, allegationibus et respensionibus utrarumque partium, et visis provis et cartis, et visa ipsa carta qua pater Bernat Figuere ipsum mansum adquisivit et inqir-sita rei veritate, prout melius et verius potui, absolvo dictos homines de ipsa demanda quam Gaucerandus eis faciebat pro se et pro omnibus illis dominis per quos ipse eos repetebat, absolvo eos et omnes suos, etiam et omnes alios homines qui in honore s. Cucufatis populare advenerint, tanquam si venirent: in propriis villis vel civitatibus domini regis.

Actum est hoc iii.º kal. aprilis. a.º Domini MCCVIII.º

S + m Guillelmi de Colle, vicharii et baiuli domini regis; S + m Guillelmi de Acromonte; S + m Ar[naldi] de Berengario, qui hoc firmamus.

Bernardus, presbiter de Castro Novo, notarius publicus hoc scripsit...

1274.

1209, mayo 23.

Pedro, Rey de Aragon, a ruegos del abad Berenguer, pone bajo la protección real a todos los que acudan a poblar los "honores" del Monasterio desde pobladores de Villafranca del Panadés. *el Llobreg*

EDIT.: BOFARULL, *Col. Doc. Inéd.*, viii, 109-11, n.º XL.
REGESTA: MILA, *Olérdola, Mem.* ii, 526. — MAS, *Taula*, iii, 552; *Notes*, vi, 123 (n.º MCXVII). — DURAN, *Las relaciones*, 229. — PERAY, *San Cugat*, 125.
A. C. A., Cart., f. 111v, n.º 375.

In Christi nomine. Sit notum cunctis quod nos petrus, Dei gratia rex Aragonum, et comes Barchinone, attendentes quod omnia loca religiosa diligere et ampliare tenemur, multipliciter et fovere; idcirco ob remedium... precibus

et intuitu dilecti nostri Berengarii, venerabilis abbatis monasterii s. Cucuphatis, et conventus eiusdem loci ibidem Deo servientibus, recipimus sub nostra speciali proteccione, firma custodia, securoque ducatu omnes populatores tocius honoris quem idem monasterium habet in aliquibus locis a flumine Lubricati usque Terrachonam, tam illos qui ibi ± iam ± sunt populati, * quam * illos qui ibi venerint populare undecumque fuerint, itaque ubique per totam terram et dominacionem nostram et omnium amicorum nostrorum, tam in mari quam in terra, quam in aqua dulci, sint salvi et securi et ab omni dampno et gravamine et disturbio immunes et penitus alieni, cum omnibus bonis suis habitis et habendis. Statuimus etiam firmiter et mandamus quod omnes predicti populatorum presentes et futuri et omnes successores eorum, sint semper in honoribus et populacionibus s. Cucuphatis a flumine Lubricati usque Terrachonam populati ad honorem et servicium Dei et eiusdem gloriose genitricis semper virginis Marie et Omnium sanctorum et prefati monasterii et abbatis et conventus presentis et futuri ad modum et forum et formam et consuetudinem populorum nostrorum de Villafrancha de Pinnatensi, et eos ibi et ubique volumus perpetua securitate gaudere, tali siquidem modo, quod si quis de ipsis populatoribus vel eorum aliquo querimoniam aliquam proposuerit, ipsi teneantur ei respondere in iure sicut facerent populatorum nostri de Villafrancha, iuxta modum et forum et formam et consuetudinem Villafranche, sub examine tamen abbatis et monasterii s. Cucuphatis. Nullus ergo de gratia nostra confidens, audeat pretaxatus populatorum presentes vel futuros aggravare vel perturbare ullo modo in personis vel rebus, dummodo, ut predictum est, parati sint respondere in iure cuilibet conquerenti, nec eos aliquis vel res eorum alicubi pignorare, marchare, impedire, vel detinere attemptet, nisi per se principales debitores aut pro aliis fideiussores fuerint manifesti. Mandamus igitur precipientes firmiter et districte omnibus baiulis et vicariis et aliis universis et singulis hominibus nostris presentibus et futuris quod omnes populaciones s. Cucuphatis, que facte sunt vel fient in honoribus suis a flumine Lubricati usque Tarrachonam in aliquo loco in monte sive in plano, et omnes popularores earumdem presentes et futuros et eorum successores cum bonis suis manuteneant, tanquam ea que nostra propria sunt fideliter et defendant et a nullo aggravari permittant, omnia iura eorum salva eis et illesa ac illibata servantes, et quod hanc cartam nostram et omnia que in ea continentur, teneant firmiter et observent, et ab omnibus et singulis faciant inviolabiliter observari. Quicumque autem contra...

Dat. Barchinone x.º kal. iunii, a.º Dominice Incarnacione MCC.º nono, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato nostro et ipsius scripta a Bononato.

S+m Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone; + Guillelnius, Ausonensis episcopus, ss.; Testes huius rei sunt: Poncius Hugonis, comes Sanccius, Guillelmus de Cardona, R. Gaucerandi; S+m Bernardi Amelli; Atto Orela; Ferrandus Zappata; Martinus de Narbaiz; Guillelmus de Caneto; A. de Fuxano; Guillelmus Umberti; Bernardus de Rocaforti; Hugo de Turre Rubea; G. Raimundi de Mo[n]tecatano, senescalcus; Bernardus de Pera Mola, et alii quam plures.

S + m Bononati, qui mandato domini regis et Ferrarii, notarii sui, hoc scripsit...

1275.

1209,

mayo 23.

El mismo Rey otorga al abad Berenguer un matrimonio de Villafranca del Panadés, declarándolo libre de derechos reales.

REGESTA: MILA, *Olérdola*, 526.—BALARI, *Orígnes*, 45.—MAS, *Taula*, iii, 552; *Notes*, vi, 123 (n.º mcxviii).

A. C. A., Cart., f. 112, n.º 376.

In Cristi nomine. Sit notum cunctis quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, et comes Barchinone, attendentes quod unumquemque secuntur opera sua, et ideo dum tempus habemus operari debemus ea que viam nobis aperiant et preparent ad eterna. Id circo ob... per nos et omnes successores nostros, damus, concedimus, et laudamus Domino Deo et eius gloriose et genitrici semper virgini Marie et monasterio s. Cucuphatis et tibi, dilecto nostro Berengario, venerabili eiusdem abbtii et successoribus tuis et per te conventui eiusdem monasterii presenti et futuro ibidem Deo servienti, quendam hominem nostrum in Villafranca de Pinnatensi nomine Guillelmum Fellicem et uxorem suam nomine Dulciam, cum domibus in quibus habitant et aliis omnibus bonis suis, et omnes successores eorum, unum, scilicet, post alium, in perpetuum, cum uxore et tota familia sua, et cum omnibus rebus et possessionibus suis, qui domorum predictorum fuerit habitator. Emfranchimus autem Deo et vobis et eidem monasterio et conventui per secula cuncta et franchos, liberos. quietos, ingenuos et immunes facimus prenominatum Guillelmum Feliceni et uxorem suam Dulciam et omnes successores eorum, unum scilicet post alium, cum uxore et tota familia sua et cum omnibus bonis suis qui prescriptam domorum fuerit habitator, ab omni oste et cavalcata earumque redempcione et ab omni questia, tolta, forcia, prestito, servicio, usatico, bovatico, monetatico, et succursu, et ab omni servitute et exaccione et demanda regali, et vicinali, ita quod nos...

Dat. Barchinone x. kal. iunii, a.º Dominice Incarnacionis MCC.º nono, per manum Ferrarii, notarii nostri, et mandato nostro et ipsius scripta a Bonorato.

S + m ss. Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone, +; Testes huius rei sunt: comes Sanccius, Guillelmus de Cardona, R. Gaucerandi, Hugo de Turre Rubea, Poncius Hugonis, Atto Orela, Ferrandus Zappata, Guillelmus de Caneto, A. de Fuxano, Guillelmus Umberti, Bernardus de Rocaforti, G. Raimundi de Montecatano, senescalcus, Bernardus de Peramola, Guillelmus de Orta, et multi alii.

S + m ss. Bononati, qui mandato domini regi et Ferrarii, notarii sui, hoc scripsit...

1276.

1209, mayo 23.

El veguer decreta que V. de Maciana y P. de Mascota deben renunciar a la apelación o responder a la causa que vertía entre ellos.

REGESTA: Mas, *Taula*, iv, 262; *Notes*, vi, 124 (n.º MXXIX).

A. C. A., Cart., f. 149, n.º 483.

Cum olim controversia esset imter Vitalem de Maciana, ex una parte, et P. de Mascota et ipsius choeredes, ex alia parte, super quodam honorem de

Maciana et P. de Mascota et eius coheres a sententia a P. de Cercitulo lata in causa illa appellasset, iterum a confirmatione illius sententie appellaverunt, tandem R. de Macianeto, prepositus illius honoris, captis hinc inde pignoribus, totum factum misit in posse mei G. de Colle vicarii domini regis, postmodum cum prepositus dictus et dicti litigantes ante me essent constituti, dictus P. de Mascota et eius coheres noluerunt dicto Vitali super appellacione facta respondere, allegantes quod dictus prepositus habebat quedam sua originalia instrumenta et nolebat eis reddere et, quod preposito promiserat eis ut restitueret eos in dicto honore. Considerans igitur omnibus que a principio et in medio et in fine facta sunt et dicta Assidente mihi R. de Rosanis dico interloquendo ipsum P. de Mascota et eius heredes debere respondere aut appellacioni renunciare, maxime cum prepositus ex habundanti paratus erat iurare se non habere dicta instrumenta, et etiam post modum iuravit.

Actum est hoc x.º kal. iunii, a.º Domini Mccviii.⁰

S + m Guillelmi de Colle, vicarii et baiuli domini regis; S + m Raimundo de Rosanis.

S + m Senceti, qui hoc scripsit...

1277.

1209, julio 4.

Arbitraje formulado por el obispo de Tortosa en las diferencias existentes entre el abad Berenguer, de una parte, y Bernardo de Santa Oliva y su hijo, de otra, acerca de los términos de los castillos de "Tomalbui" y de Santa Oliva.

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 501; *Notes*, vi, 124 (n.º MCXX).

A. C. A., Cart., f. 107 v, n.º 366.

Post multa placita et contenciones que fuerunt inter Berengarium, s. Cucuphatis abbatem, et Bernardum de s. Olliva, et Guillelmum, filium eius, super terminis tantummodo kastroorum de Tomalbui et de s. Olliva, placuit eis stare laudi et arbitrio domini Gonballi Dertu[s]e[n]sis episcopi, et Petri de Bagnanis, eiusdem vices in eodem facto gerentis, et Raimundi de Banariis, s. Cucufatis kamerarii, et Arberti de Apierola, promittentes firmiter per stipulacionem sub pena c aureorum eorundem laudi et arbitrio parere. Unde de utriusque partis assensu et voluntate predicti arbitri iam dicta kastra, presentibus et volentibus partibus certis fixxuriis et certis terminis distinxerunt, sicut constat, et terminatur terminatim et fixuriatim per iam dictis arbitros de torrente qui descendit de Tomalbui usque ad Comam Grassam, sive in termino de Bagnariis; dixerunt etiam predicti arbitri ut unum quodque eorum kastroorum esset suo termino contentum, sicut in presenti videntibus et volentibus iam dicto abbate et Bernardo de s. Olliva et filio eius, G[uillelmo], fuit distinctum a iam dictis arbitris et certis fixxuriis terminatum. Quod totum, sicut superius dictum est, utraque pars firmiter observare promisit pena c aureorum eum comissa qui contravenire atemptaverit. Quod est actum iii.º nonas iulii, a.º Domini MCCIX.^º

Bernardi de s. Olive; S + m Saurine, uxoris eius; S + m Guillelmi,

fili eorum; S+m Guillelme, uxoris eius; S+m Berengarii de s. Olliva, fratris predicti Guillelmi; + Berengarius, Dei gratia s. Cucufatis abbas; Bertrandus, prior; Raimundi, monachi; Guillelmus, monachus; Raimundus, camerarius; S+m Petri de Bagnariis; S+m Arnalli de Timor; S+m Raimundi de Picalchers; S+m Petri de Rocha Viride; S+m Arberti de Apierola.
Raimundus, sacerdos, qui hoc scripsit...

1278.

1210, septiembre 6.

El Rey Pedro declara libres de toda servidumbre las casas que el Monasterio posee en Barcelona.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 125 (n.º MCXXI). — PERAY, *San Cugat*, 126.
A. C. A., Cart., f. 414, n.º 1209.

Quoniam de bonis... Idcirco nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum et comes Barchinonensis, ob remedium et salutem anime nostre et parentum meorum emfranchimus Domino Deo et eius gloriose genitrici semper virgini Marie et vobis dilecto nostro Berengario, abbati s. Cucuphatis, et per vos domui et conventui eiusdem presenti et futuro, omnibusque successoribus vestris in perpetuum, et franchas liberas quietas ingenuas et immunes facimus illas domos vestras, sitas satis prope sedem Barchinone, vulgo nuncupatas domos s. Cucuphatis, ab omni questia, tolta, forcia, prestito servicio bovatico monetatico et succursu, et ab omni exacione et demanda regali et vicinali. Volumus eciam et statuimus in perpetuum quod omnis persona qui de vestra vestrorumque successorum licencia et voluntate habitaverit in prefatis domibus, que consueverit mitere de triginta usque ad quadraginta solidos barchinonenses monete in questia vel demanda vel vicinitate Barchinone civitatis regali aut vicinali, sit francha, libera, quieta, ingenua et immunis ab omnibus supradictis et singulis eorumque demanda et solutione per secula. Amen. Nullus ergo, sublimis vel infimus, de gratia nostra unquam confidere volens audeat de cetero unquam a pretaxatis domibus vel ab huiusmodi persona ibi habitante supradicta vel aliquid eorum... Preterea mandamus, firmiter statuentes, quod pro aliqua culpa vel delicto vel contractu vel querimonia vel causa vel facto vel negotio domus vel abbatis vel conventus s. Cucuphatis vel eorum hominum presencium vel futurorum vel alterius cuiuslibet persone nemo domos prefatas vel earum habitatorem vel aliquam equitaturam vel aliquam aliam... Si vero forte abbas vel conventus s. Cucuphatis ullo tempore prefatas domos alienarent et alias ad hospitandum vel stagium suum eligerent sibi in Barchinona, illas quas ad hoc deputarent et earum habitatores nolumus et statuimus sub prefatis franchitatibus et libertatibus secundum formam prememoratam esse et imperpetuum remanere, supradictum tamen domorum et earum habitatoris franchitate quasata.

Data Barchinone, kalendas november, per manum Ferrarii, notarii nostri et mandato eius, scripta a Bononato, a.º Dominice Incarnacionis MCC.º nono...

S+m Petri, Dei gracia regis Aragonum et comitis Barchinone, +, ss.; Tes-tes huius rei sunt: Gaufridus de Rocabertino, Dalmacius de Crexello, Guillel-

mus de Montecatano, Guillelmus de Cervaria, Guillelmus R., senescalcus, R. de Mortecatano, Guillelmus de Cirvilione. R. Alamanni, G. Umberti, G. de Midiona, G. de Orta.

Ego Ferrarius, notarius domini regis Aragonum, mandato ipsius, hoc scribi fecit...

1279.

1209,

noviembre 1.

Finiquitación de una controversia que vertía entre el camarero del Monasterio y los hermanos Jaime y Eimerico, hijos de Pedro.

REGESTA: MAS, *Notes*, 125 (n.º MCXXII).

A. C. A., Cart., f. 300, ri.º 914.

Contraversia fuerat diucius agitata inter Raimundum de Bagnariis camerarium s. Cucuphatis, ex una parte, et Iacobum et Eimericum, filios Petri, sutoris, ex altera parte, super illas domos quas iam dicti fratres emerant de Stephano Burrulli in suburbio Barchinona, quam empcionem iam dictus camerarius de iure non valere dicebat. Ideo scilicet quia res erat litigiosa, quia contra comonicionem et interdictum ipsius camerarii et contra consuetudinem terre qua venditor se debuit priusquam venderet in Domino fatigari facta fuerat vendicio. Ad hoc respondebant iam dicti fratres Iacobus et Eimericus, quod rem ipsam litigiosam esse nesciebant et comonicionem et interdictum dicti camerarii non audierant; preterea dicebant quod non tenebatur venditor fatigari in Domino, quia in instrumento adquisicionis non sibi retinuerat fatigam abbas s. Cucuphatis, cum dedit illas domos progenitoribus Stephani Burrulli: ad hoc etiam respondebat camerarius quod per instrumentum adquisicionis ab abbate s. Cucuphatis factum non se poterat iam dictus venditor nec iam dicti emtores defendere cum ipsi primitus illud idem instrumentum fregissent, alium dominum, regem, scilicet et eius vicarium aclamando. Unde nos Petrus Ferrarius, prior s. Pauli de Campo et Berengarius Ticionis, assumpti iudices a iam dicto camerario in hac causa, auditis racionibus et allegacionibus titrius partis et perlectis instrumentis, de iure pronunciamus instrumentum emcionis a iam dictis fratribus factum penitus irritandum pro eo quia contra instrumentum adquisicionis est factum. Dicimus etiam quod licet expressim non sibi retinuerit fatigam abbas s. Cucuphatis in precaria quam fecit, subintellegi debet quod ibi habebat fatigam et quod ipse Dominus honoris potius debeat habere quam alius, si iusto precio voluerit retinere; quod si retinere noluerit licitum sit venditor cuicumque suo consimili vendere voluerit qui pensionem Domino reddat, hoc tamen tenore servati, quod domnus ipsius honoris habeat ibi suum laudoismum, secundum consuetudinem Barchinone.

Dato iudicio viii.º idus sept, a.º Domini millesimo cc.º decimo.

Petrus Ferrarius, prior s. Pauli de Campo; S+m Berengarii Ticionis.

S+m Raimundi, diaconi scriptoris, qui hoc scripsit...

1280.

1210,

octubre 23.

Ponceta vende a su hermano Guillermo, por cien sueldos de dineros, toda la herencia que le legó su padre en Casal "Dariolf".

REGESTA: Mas, *Notes*, vi, 126 (n.º MCXXIII).

A. C. A., Cart., f. 401 v, n.º 1164.

Notum sit cunctis quod ego Ponceta, filia Raimundi de Crebasino, per me et meos, vendo et concedo tibi Guillelmo de Crebasino, fratri meo uxorique tue Ermessendi de Cunies et vestris, et etiam omni proieni ei atque posteritati vestre, in perpetuum, totum meum honorem et totam meam hereditatem quam habeo et teneo voce patris mei Raimundi de Crebasino in termino de Claromonte, in quadra de Vilanova, in loco nominato Chasal Dariol pro cunctis locis, sicut ego melius habeo et teneo predictum honorem et predictam hereditatem voce patris mei ita vobis et vestris eam vendo et concedo cum introitibus et exitibus et pertinentiis suis, de meoque iure et dominio in vestrum vestrorumque ius... Accipio de te pro precio huius vendicionis placibili centum solidos denariorum Barchinone, valente marcha argenti XLVIII solidis, de quibus bene sum a te paccata et, meis propriis manibus, eos recepi unum omni exceptioni non numerate pecunie omnique iuri et consuetudini renuncio.

Actum est hoc x.º kal. nov., a.º Domini MCCX.º

S + m Poncete, que hoc audio et firmo...; S + m Arnaldi de Solario, qui hoc laudo et firmo; S + m A. de Segur; S + m Exameni de Albornar; S + m P. de Crebasino.

Jacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R. de Podio .clerici de Villafraanca...

1281.

1211, enero 1.

El abad Berenguer da y añade a la hacienda que Bernardo de Valldoreix poseía por el Monasterio oltas tierras y honores bajo las condiciones que se expresan.

A C. A. Monacales, perg. San Cugat, n.º 440 l.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius, Dei gratia s. Cucuphatis abbas, cum omni conventu mihi commisso damus tibi Bernardo de Valldaurex et addimus ad tuam masatam quam tenes per s. Cucuphate[m] et omni proieni ei ac posteritati tue, uni post alium, indivisibiliter, honorem nostrum quem habemus in comitatu Barchinone, in parrochia s. Cipriani de Aqualonga, scilicet, unum cassalagge, qui est intus in villa de Vallaurex cum farragenale qui tenet se cum ipso casalagge simul cum alliis tenedonibus et honoribus, terris et vineis, cultis et incultis, in diversis locis positis et arboribus diversi generis, et cum ipsa vinea de Figeres cum terra in qua est fundata, cum introitibus et exitibus et cum terminis et affrontationibus suis, sicut Petrus de Figeres et uxor sua Raimunda, olim defuncti, et Berengaria filia ipsurum, melius tenuerunt.

runt et habuerunt longo tempore per s. Cucuphatem. Nominatas vero honores et tenedones sunt in locis vocatis et diversis, scilicet ad ipsum locum qui dicitur de Calabug, unum campum de Calabug, et transit subtus ipsam viam, que vadit ad dictum locum de Calabug, et aliam peciam terre que dicitur ad Pereram usque in margine grosso qui ibi est, et aliam peciam vinee cum terra in qua est fundata ad ipsum nominatum locum Casesdela cum ipsis tenedonibus que sunt super ipsam vineam et sunt concludite infra tenedones Bernardi de Calidis, olim defunctus, et aliam peciam terre que est ad ipsum introitum de Pools, sicut est terminata et fixuriata; et {est} alia fexa de terra bene terminata in ipso loco qui dicitur Gualtus. Hec omnia tibi Bernardo iam dicto et tuis damus et addimus a vestram masatam, ad servicium et fidelitatem s. Cucuphatis et nostrum et quicquid de predicta tenedone invenire poteritis in omnibus locis, ut habeatis et laboretis...; sub tali conventu, quod de dicto casalage et ferragenale donetis nobis annuatim in Natale Domini unum gallinarum et de aliis tenedonibus et honoribus de pane, tascham, et de vino, sixtum, excepto ipsam vineam de Figeres unde donetis nobis v fideliter, nullumque alium dominum... Si quis hoc...

Actum est hoc kal. ian., a.º Domini MCCX.º

+ Berengarius, Dei gratia s. Cucuphatis abbas; Bertrandus, prior; Raimundus de Bignariis, camerarius; Raimundus, scriptis, monachus et subscribit in istis; Arnallus, monachus; Bernardus, monachus; Petri, monachi; Arnallus, monachus; Raimundus, monachus; Bernardus, monachus; Raimundus, monachus; S + m Ss. Rodlandus, monachus; Guillelmus, monachus; Geraldus, monachus; Raimundus, monachus; Arnallus, monachus; Ermengaudus, monachus; Bernardus, monachus; Aimericus, monachus; Petrus, sacrista; Petrus de Penafideli.

Raimundus, sacer, qui hoc scripsit...; S + m Guillelmi Perpiniani, testes predictorum; S + m Berengarii, presbiteri, testes predictorum translatorum; S + m Benedicti, presbiteri, testis predictorum translatorum; S + m Petri, presbiteri testis, predictorum + translatorum; Petrus, presbiter.

S + m Bernardi de Turrello, presbiteri, notarii publici s. Cucuphatis.

1282.

Julio 23 Mayo 23

Juramento de obediencia prestado por el abad Berenguer de Santa Oliva al obispo de Barcelona Pedro.

EDIT.: PUIG, *Episcopologio*, Ap. xci.

REGESTA: MAS, *Notes*.

Arch. Cat. Barcelona, lib. iv, Antiquit., f. 218, n.º 493.

Anno Domini M ducentessimo undecimo tercio, kalend. iunii, feria ii. Berengarius de s. Oliva, abbas monesterii s. Cucuphatis, fecit manualementem obedienciam et promissit domino Petro, Dei gratia Barchinonensi episcopo et successoribus suis in perpetuum, apud s. Cucuphatum, subtus Galileam, ante ianuas

ipsum ecclesie s. Cucuphatis. Quibus omnibus supradictis, omnes isti presentes inter fuerunt, scilicet: domnus Raymundus de Rochabertino, Terrachonensis archiepiscopus, et dompnus Arnaldus, abbas Cisterciensis, Apostolice Sedis legatus. et Berengarius de Palatiolo, archidiaconus Barch., et Pontius de Aviliar, sacrista Barch., et Guillelmus de Fonollar, decanus, et Raymundus de Rosanis et Raymundus de Serriano, et Petrus, cellarius Barch., canonici, et Raimundus de Bagnariis, camerarius s. Cucuphatis, et Raimundus de Vallibus et P. de Amenies, et Arbertus de Apierola et Berengarius de Vite, et Ar. de Granata et alii quamplurimi monachi predicti monasterii.

Eodem siquiem anno, ix [kal.] iulii, vigilia s. Iohannis Baptiste, feria v, venit predictus abbas, mandato domini Petri, episcopi supradicti, Barchinonam et intravit in claustrum, sive capitulum Barch., et coram omnibus clericis sive canonicis predictae Sedis Barch. recognovit se obedientiam manualement fecisse et promississe supradicto domino Petro, episcopo, et successoribus suis in perpetuum.

1283.

1212, marzo 24.

Ramón de Cervera define a favor del abad Berenguer el "honor" de "Squina rosa".

REGESTA: MAS, *Taula*, iii, 409-500; *Notes*, vi, 126 (n.º mcxxiv).
A. C. A., Cart., f. 105v, n.º 360.

Notum sit... Raimundus de Cervarie, miles, difimo, evacuo et penitus remitto Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis et vobis Berengario, eiusdem monasterii abbati, et conventui vobis comisso in eternum, ad habendum et possidendum ipsum honorem de Squina Rosa, que iniuste a vobis petebam, sicut melius dici... Ita ut nunquam de cetero in predicto honore neque in terminis suis aliquid petere possim ego vel aliquis ex persona mei quoquo modo vel racione aliqua, set sit semper in dominio iure et potestate predicti monasterii libere et quiete, ad comodum et utilitatem eiusdem cenobii. Et cum presenti titulo omnes acciones michi forte ad hoc competentes, et omne ius si quod forte ibi habebam, voce paterna vel materna vel eciam avita sive pro avita iam dicto monasterio cedo.

Quod est actum in Yllerda viiii.º kal. apr., a.º Domini .MCCXI.º

Raimundi de Cervaria; S+m Guillelmi de Cervaria; S+m Guillelmi de Mediano, filiis eius, qui hoc laudamus...; S+m Petri de Timor; S+m Poncii de Timor; S+m Guillelmi de Cervarie; S+m Hugcti de Torre Rubea; S+m Guillelmi de Cervilione;

Dominicus de Acrimonte, scripsit...

1284.

I214,

agosto 27.

Testamento de Guillelma, hija de Ricardo.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 127 (n.º MCXXV).
A.C.A., Cart., f. 393, n.º 1147.

Notum sit cunctis quod ego Guillelma, filia qd. Ricardi, in meo pleno sensu et bona memoria, facio meum testamentum in quo eligo manumissores meos, videlicet Guillelmum de Valdaureix, priorem de s. Oliva, et Examenum de Albornar, et Artallum de Crexello, quibus rogando precipio quod si me mori... In primis dimito corpus meum s. Marie de s. Oliva cum xxx^a. morabetinis ad opus ipsius ecclesie. Dimito altari quod ego corde meo habebam ad faciendum in ipso eodem loco et unum presbiterum in perpetuum ad stabiliendum centum LXX morabetinos. Dimito s. Iuliano v morabetinos; dimito s. Tecele x morabetinos et s. Marie de Miraculo vii morabetinos, et s. Marie sedis Tarrahone v morabetinos et s. Michaeli iii morabetinos et operi s. Tecele v morabetinos, et pauperibus verecundis x morabetinos, et captivis iii morabetinos, et s. Marie Magdalene i morabetinum, et s. Fructuoso i morabetinum. Dimito filiabus R. de Cigis CL morabetinos, scilicet Ermessendi L morabetinos et Santiete L morabetinos et Guillelme alios L morabetinos. Et assigno omnes illos morabetinos et laxaciones, ut persolvantur de illis c solidis censuales de passo de Mangons, qui exeunt de ortis ita tamen quod primo persolvantur ante omnia omnes laxaciones meas quas ego accepi per animam meam et illos CL morabetinos quos ego dedi et dimisi per i presbiterum et hoc totum persolutum teneant tantum et accipiant dicte filie R. de Cigis illos c solidos censuales tandiu donec sint inde se persolute de anno in annum de illis CL morabetinis et postea hec omnia completa et persoluta illi c solidi censuales revertantur filie mee Saurine et suis. Dimitto filie mee Saurine totum meum honorem ubicumque illum habeo et habere debeo ad suas voluntates. Dimito viro meo Guillermo de s. Oliva ii macemutinas bonas iucesias, de quibus iam feci sibi sponsalium. Et dimito ei totum suum mobile, scilicet bestias, cubos et tonnas et panem et vinum et omnia que mobilia intelliguntur. Adhuc dimito ei ipsos sex milia et sexingentos solidos, quos habebam racione sponsalium mei quod habebam apud Tortosam, super honore Bn. Ganidel qd., viri mei, Mille, scilicet morabetinos unde videlicet ego ex comutationem feci cognato meo Guillelmo Garidel, qui eos habebat pro pignore racione fratris sui Bn. Garidel in honore meo quem traxi de pignore per sex milia et sexingentos solidos tempore nuptiarum mearum quo me duxit in uxorem ipse Bernardus Garidel prenominatus, et sicut ego melius habeo et habere debeo. Illos vi milia et DC solidos dono et dimito viro meo Guillelmo de s. Oliva, ad omnes suas voluntates, et ut ipse habeat eos super omnes res meas. Item concedo et dono eidem viro meo Guillelmo de s. Oliva illas domos quas emi cum ipso que sunt inter domos Bn. de Capella et domos Gualterii et donant domus ille v morabetinos de censu annuatim. Et si filia mea predicta Saurina obierit infra annos omnes predictos, honor suus et res omnes eius revertantur patri suo iam dicto Guillelmo de s. Oliva, ad omnem suam voluntatem faciendam. Et dimito eam, cum omnibus suis directis honoris et mobile, in Dei posse et viri mei iam dicti et patris sui et quod ipse donet ei

maritum. Dimitto predicto viro meo Guillelmo de s. Oliva illas vineas et quartos inde exeuntes, quas habebam ad ipsas celatas, et dimitto ei censum de ipsis caponibus, qui inde dari debentur et dantur semper ad suam voluntatem faciendam. Item dimitto ei illum campum quem habeo ad quartum super ipsam villam de Quarto ad sum omnem voluntatem.

Hactum est hoc vi.º kal. sept, a.º Domini MCCXIII.º

S + m Guillelme predicte, filie Ricardis, qui hoc testamentum laudo et firmo; Guillelmo de Valledaureix, priori de s. Oliva; S + m Exameni de Albornar; S + m Artalli de Crexello, manumissores; S + m Raimundi de Turri; S + m Guillelmi de Riu, testes.

Poncius de Castrofullito, qui hoc testamentum scripsit, precepto Guillelmi de Valledaureix, prioris de s. Oliva...

1285.

1216, diciembre 19.

Arnaldo de Crebei entrega a su hermano los derechos que posee en el feudo de Capelades.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 127 (n.º MCXXVI).
A. C. A., Cart., f. 402v, n.º 1168.

Sit notum omnibus quod ego Arnaldus de Crebei, per me et per omnes meos. dono et in presenti trado tibi Guillelmo de Crebei, fratri meo, et tuis, ad habendum omnique tempore... omnia iura, que voce paterna vel materna vel aliis quibuscumque modis vel vocibus habeo vel habere debeo in toto feudo de Capelades et in toto molendino, cum suis pertinenciis, quod est in eodem loco Capelades et etiam totum debitum quod Arnaldus de Solerio vel aliquis alius homo michi debet, modis aliquibus racione dicti honoris. Et ne unquam contra hanc donacionem possim vel aliquis nomine meo possit in aliquo venire, ego accioni recissorie et omni iuri et consuetudini, quantum ad hec per me et per meos renuncio. Intelligatur tamen quod in predicto honore salvetur directum et senioraticum Arnaldi de Solerio, senioris.

Actum est hoc xiiii.º kal. ian., a.º MCCXVI.º

S + m Arnaldi de Crebei, qui predicta concedo et confirmo; S + m Berengarii de Corrone; S + m Raimundi de Rubei; S + m Bernardi de Mora.

S + m Petri Mascharonis, scriptoris, qui hoc scripsit...

1286.

1217,

diciembre 15.

R. de Cabaza da al Monasterio una libra de cera que recibe como censo todos los años.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 127-8. (n.º MCXXVII).
A. C. A., Cart., f. 415, n.º 1315.

Sit notum cunctis quod ego Raimundus Cabaza, non vi metu neque dolo inductus, nec in aliquo circumventus sed sponte et libera voluntate, ob reme-

dium anime... per presentem scripturam, perpetuo valituram, dono et offero Domino Deo et monasterio s. Cucuphatis in posse tui Petri de Ameniis, monachi eiusdem, unam libram bone cere et recipiende ad rectum pondus Barchinone. Quam libram dicte cere assigno cenobio predicto et conventui eiusdem loci semper annuatim in festo s. Marie Augusti censualem accipiendam in domibus meis, quas per alodium, voce empcionis mee quam feci de Scherdono, habeo in burgo Barchinone, in carrerio beati Petri. Hanc autem oblacionem dicte libre cere facio Deo et dicto cenobio et conventui eiusdem loci in hunc modum quod tu Petre de Ameniis et dictum cenobium sitis mihi adiutores, valitores et defensores, bona fide sine omni malo ingenio. Ego igitur Petrus de Amenis per me et per dictum cenobium convenio tibi Raimundo Cabaza semper me contra omnes personas esse tibi adiutorem, valitorem et defensorem prout sanius possit intelligi ad bonum intellectum.

Actum est hoc octavo decimo kal. ian., a.º Domini MCC septimo decimo.

S+m Raimundi Cabaza, qui predicta concedo et firmo; Petrus de Ameniis, monachus; S+m Raimundi Perpetue; S+m Bernardi Seler; S+m Petri de Deo, pelliparii; S+m Berengarii Vitalis; S+m Arnaldi de Ferruzons, testium.

S+m Raimundi de Ulmo, notarii, qui hoc scripsit...

1287.

1218,

octubre 20.

Arnaldo de Sarriá vende a, su, hermano Bernardo el derecho que posee en Ceguñolas.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 130.

A. C. A., Cart, f. 405, n.º 1177.

Notum sit cunctis quod ego Arnallus de Serriano, per me et meos, vendo et concedo tibi Bernardo de Serriano, fratri meo, et tuis, omni tempore tueque progeniei atque posteritati, in perpetuum, totum meum ius quod habeo et teneo, racione paterna multisque aliis vocibus, infra chomitatum Barchinone. in Penitensi, in terminio castri de Olerdula, in quadra et parrochia de Ceuinolibus, specialiter in manso de Oliveto, in loco qui vocatur de Costa, et in campo qui est prope podium. Qui mansus ab oriente terminatur in alodio turris, a meridie in alodio Coste, ab occiduo et a circio in honore s. Salvatoris et Narbonete. Campus autem terminatur: ab oriente in torrente, et ab omnibus aliis partibus in alodio Vallis. Sicut terminantur et assignantur hec omniaprefata et singula a terminis et affrontacionibus istis, sic tibi et tuis omnia iura inde michi competencia aliquo mod vendo et concedo, absque aliqua mea meorumque excepcione, cum introitibus et exitibus omnibusque eorum pertinenciis, scilicet terciam partem tocius mansi et campi predicti que demeo dominio et posse in tuum tuorumque dominium et possessionem inde te introduco ad habendum tenendum... Accipio autem a te, pro precio huius vendicionis ab utraque parte placibili, septuaginta solidos denariorum Barchinonenses ipsius presentis bone monete curribilis, de quibus bene a te paccatus sum et esse si ultra hoc precium prefata mea iura istorum valent vel valebunt.

Illud totum tibi et tuis dono remito et in perpetuum diffinio absque aliquo meo meorumque retentu, unde omni excepcioni non numerate peccunie et excepcioni duplici inganni, et cuilibet iuri et rationi legum tuos possem inducere prorsus renuncio, promitens tibi et tuis me esse semper guarentem et defensorem huius vendicionis et teneor tibi et tuis in perpetuum de eviccionem super me et in meis rebus in quibus melius accipere auctoritate tua volueris.

Actum est hoc xiii.º kal. nov. a.º Domini MCCXVIII.º

S+m Arnaldi de Serriano, qui hoc concedo et firmo firmarique rogo; S+m Berengarii de Serriano, qui hoc concedo et firmo, salva mea tercia parte; S+m Berengarii de Campo Sintille; S+m Guillardmi de Montetornensi; S+m Bergadano, testium.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit precepto R. de Fodio, clerici de Villafranca...

1288.

1218, noviembre 6.

Pedro de Crebasi vende a Guillermo, también de Crebasi, los honores que posee en Claramunt, por 350 sueldos.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 130-1 (n.º MCXXXII).

A. C. A., Cart, f. 402, n.º 1165.

Notum sit cunctis quod ego Petrus de Crebasino, per me et meos, vendo et concedo tibi Guillelmo de Crebasino et tuis tueque progeniei atque posteritati in perpetuum, omnes meos honores, integriter, sine ulla diminucione, quos habeo, teneo et habere debeo, paterna et materna voce aliisque quibuslibet vobis et rationibus, in comitatu Barchinone, infra terminum castri de Claramonte, pro cunctis locis, terras, scilicet vineas, cultas et incultas, molendina, domos, ortos, ferragenalia, arbores diversorum generum, alodia, feuda et totum quantum ibi habeo et teneo et habere debeo aliquo modo vel racione, sine aliqua mea meorumque excepcione. Sicut terminantur et assignantur hec omnia predicta et singula a terminis et affrontacionibus suis, sic tibi et tuis ea vendo et concedo, cum introitibus et exitibus omnibusque pertinenciis suis, integriter, sine ulla diminucione, de meoque dominio et posse in tuorumque dominium et posse ea transmitto et transfero et in corporalem possessionem istorum, te introduco ad habendum tenendum... salvo iure domni A. de Solario et suorum. Accipio autem a te pro precio huius vendicionis, ab utraque parte placibili, trescentos quinquaginta solidos denariorum Barchinone ipsius presentis bone monete curribilis quaternalis, cuius valet marcha argenti XLVIII solidos, de quibus bene paccatus sum, et etiam si forte ultra hoc precium hec predicta valent vel valebunt, illud totum tibi dono et tuis et in perpetuum remito ac diffinio, absque aliquo meo meorumque retentu, unde omni excepcioni non numerate peccunie et excepcioni dupli inganni et cuilibet iuri et rationi legum et consuetudinum quod contra hanc vendicionem ad te vel tuos aliquo modo possem inducere, prorsus renuncio, promitens tibi et tuis me esse semper guarentem et defensorem huius vendicionis et teneor tibi et tuis in perpetuum de eviccionem super meis rebus mobilibus et immobilibus in quibus melius, auctoritate tua, recipere volueritis.

Actum est hoc viii.º idus nov., a.º Domini MCCXVIII.º

S+m Petri de Crebasino, qui hoc concedo et firmo firmarique rogo; S+m Corberandi; S+m Raimundi de Guarnallo; S+m Petri Andree, testium huius rey.

Iacobus, levita, qui hoc scripsit, precepto R. de Podio, clerici de Villafrancha...

1289.

1218, diciembre 20.

Berenguer de Sarriá, su esposa y hermanos, venden a su hermano Bernardo, los derechos que poseen en Ceguñoles, por 10 maravedises.

REGESTA: MAS, *Notes*, vi, 131 (n.º MCXXXIII). —SAGARRA, *Sant Vicens*, 71.
A. C. A., *Cart.*, f. 404, n.º 1176.

Sit omnibus notum omnibus quod ego Berengarius de Serriano, et uxor mea Ermesendis, et filii mei Arnaldus et Raimundus, per nos et per omnes nostros successores, vendimus tibi Bernardi, fratri meo, fratri mei Berengarii et tuis totum nostrum directum, quod habemus vel habere debemus in illo manso de Costa, qui fuit qd. de Oliveto, sive in aliis locis, infra terminum castri de Olerdola, et infra parrochia s. Salvatoris de Cegunoles, in diversis locis, voce sive successione genitorum nostrorum, per liberum et franchum alodium. Predictum itaque directum totum, integriter, et locum et vim et acciones que ibi habemus et habere debemus, vendimus tibi et tuis, sicut melius dici... et de nostro nostrorumque iure in totum tuorumque in presenti tradimus per liberum et franchum alodium dominium et potestatem, et mitimus te et tuos ibi in presenti in corporalem possessionem sine nostro... pro hoc hac enim vendicione accepimus a te x moabetinos bonos aufussinos in auro, sine enganno et recti ponderis, quorum a te sumus bene paccati. Renunciando omni excepcioni non numerate peccunie, promitendo etiam tibi et tuis predictam vendicionem quisque pro toto facere, tenere et possidere in pace in perpetuum contra omnes personas que in dicta vendicione contravenerit voce sive auctoritate nostra super nos et in omnibus rebus nostris mobilibus et immobilibus in quibus melius accipere volueris qua ora velis, sine tuo dampno. Ne vero occasione duplicis enganni vel aliquo alio iure possimus vel nostri possint unquam in aliquo venire contra predictam vendicionem vel contra hec que predicta sunt, nos eidem occasioni duplicis enganni et omni alii iuri divino et humano scripto et non scripto, publico et privato et epistole divini Adriani, scienter et consulte et ex certa sciencia, per nos et per nostros quantum ad predictapenitus renunciamus, dando in perpetuum tibi, et tuis cedendo, quicquid hec vendicio plus valet aut valuerit precio notato.

Actum est hoc xiii.º kal. ian., a.º MCCXVIII.º

S+m Berengarii de Serriano; S+m Ermesendis, uxoris eius; S+m Arnaldi; S+m Raimundi, filiorum eius, qui...; S+m Petri de Prato; S+m Arnaldi de s. Cicilia; S+m Petri de Costa; S+m Guillelmi, presbiteri, clerici Serriano in cuius posse dicta Ermesendis firmavit hanc cartam; S+m Bernardi.

S+m Guillelmi, presbiteri, qui hoc scripsit...